BIBL. DE L'UNIVERSITÉ MS. 1785

RECUEIL DE COMPOSITIONS

VERSIONS, THÈMES, VERS LATINS

AVEC CORRIGÉS

1831 ~ 1849

BIBL. DE UNIVERSITÉ MS. 1785

35 Gaidoz
don 23
22/V

Ceci est un recueil de compositions surtout en vers latins, plusieurs des sujets sont rapportés comme donnés au concours de l'Agrégation de grammaire au temps de Louis Philippe, ou plus tard encore,

BIBLIOTHÈQUE de l'UNIVERSITÉ
MS
Sorbonne

Plusieurs sont signées du nom de Vérien, sans doute un brillant humaniste de ce temps là ; Je me rappelle que sous le second Empire il y avait un professeur de ce nom, en 4e ou 5e au Lycée Napoléon (anciennement et plus tard de nouveau Henri IV).

Ce cahier me paraît intéressant pour l'histoire des humanités scolaires de paris, en un temps aujourd'hui disparu.

H.GAIDOZ,

Ms 1785

Recueil de compositions, surtout en vers latins
avec corrigés signés Mr. Vercier.
années 1831 et ss.

pagine de 1 à 197 avec pag. 113 bis

Don de H. Gaidoz

Ms 1785

1er mars 1857.

1

Concours de Gram.

1841.

L'Hirondelle

Matière. Crede mihi, amice, non musarum alumnis nota sunt concilia cuiusque hominum et urbis deliciae. quis enim, inter sollicitos multitudinis lucro intentae discursus, poetam respicit, aut divinae artis novit dignitatem? fuit tempus quum hirundo dulcedine cantûs cum ipsâ Philomelâ certaret non impar. Sed brevi pertaesum est nemorum et ruris, ubi solis agricolis et pastoribus canebat. itaque in urbem avolavit, magis eruditas aures quaesitura. Nequequam! ibi enim neminî vacabat dulcisonam audire vocem; avisque neglecta et contempta surdis cecinit, paulatimque suaves dedidicit modos.

Développement.

1 Crede mihi, quos Phebus amat, quos mente benignâ
Respiciunt Musae, dulcesque fatentur alumnos,
vatum sacra cohors misceri nescit, amice,
cuetibus humanis, ignorat vulgus et urbis
5 Delicias, gaudetque animo servare receptum
Intemerata deum. quis enim cuelestia curat
Carmina, quis sanctae consortem respicit artis,
Inter sollicitae terrestria murmura turbae,
quam rapit hùc illùc miserè discursus, habendi
10 arrectam studio, et votis indigna sequentem?
aut cui notus honor divini et gratia doni?

Quondam tempus erat (nec longo intercidit aevo
Fabula) quùm, princeps avium cantusque magistra
aetherii, Philomela, tibi certaret hirundo,

BIBLIOTHÈQUE de l'UNIVERSITÉ
MS
Sorbonne

non numeris, non arte minor. Mox, conscia linguae,
Erubuit volucris celebrare diutius umbras,
Erubuit caelo dignam disperdere vocem,
nec nisi pastores ovium oblectare, solumve
rastro exercentem, securas carminis aures.

Pingue auditorum genus ingratumque perosa
Concilium, studio nimirum incensa theatri
Nobilioris: agri, nemorumque, valete, recessus;
Experiamur, ait, cultae prudentius urbis
Judicium; artifici sunt hic sua praemia linguae,
Et sensus teretes, auriscque humanior usus.

Haec agitans, levibus petit urbem concita pennis,
Inque suos solvit felicia guttura cantus.
Heu! cecinit surdis; multi exaudire vacabat
Ambrosio fusum ore melos. Tunc plausibus orba
Speratis, tantumque ultinam neglecta! jacebat.
Sed quoque paulatim, dum praemia meret adempta,
Dedidicit modulos, simul exuit artis amorem,
Jam non digna soror Philomelae aut aemula dici.

Mr. Vérien.

Concours de Gram. 1839.

Le poëte chrétien déclame contre les païens plaidant en faveur de leurs Dieux.

Matière. quid mala recensetis à Christo gentibus illata? Scilicet beata majorum vestrorum vita fuit, istis temporibus quùm Christus noster ignoraretur! Caruit Graecia calamitatibus, quùm fluctibus obruerentur Deucalionis campi,

quùm fratres discordia bello committeret, quum Marathon,
Plataeae tot fortium virorum sanguine spũnguescerent,
aut Salaminium mare tot millia hominum contumularet!
! Nae vobis dulcia fuerunt otia, Romani, ingravescente
regum tyrannide, flagrantibus istis externis atque civilibus
bellis. obstiterunt, credo, fidi isti urbis aeternae tutores
dii Brenno Capitolium invadenti, aut Pœnis mœnia
vestra circumeuntibus. praesentia igitur mala, justam
perversae morum disciplinae pœnam, desinite nobis imputare.

Développement

1 Quid juvat in Christum gravibus consurgere verbis?
2 Quid terrae illatas hujus post tempora, pestes
assiduã, Gentes, juvat enumerare querelã?
Nempè beata fuit vestris sub patribus aetas
5 Aeta, eadem celebris vestrorum fabula vatum,
Feta diis aetas, et nostri nescia Christi?
Nil est passa mali, nullas miserata ruinas
Graecia, Thessalicas pressit quùm fluctibus arces
Immissus subitò, et mortalia semula mersit
10 Oceanus, solusque suis lugeret in arvis
Deucalion, hominum reparator et ultima vita!
Quùm geminos fratres, incestae pignora matris
commisit bello regni furor, iraque vivax
Divisit cineres et dissociabile funus!
15 Scilicet in Christi Marathon se distulit annos,
Triste solum pugnae, Marathon; infestaque forti

Sanguine, lugubrique iterum famosa duello
arva Plataearum; nec caede prioribus impar
Illa dies, semper lacrymarum plena, sub undis
Quae Salaminiacis tot mersit corpora Graium,
Corpora Persarum, et tinxit freta lata cruore!

Solaque Grajugenum memorem ne vulnera, vobis
Dulcia tunc, credo, tunc inviolata dabantur
Otia, Romani, quum vestro lusit in Urbe
Opprobrio gravior semper graviorque tyrannis,
Et vestris fieret regum exsecrabile nomen
Matribus; externis ruerent quum partibus hostes,
Flagraretque furens armis civilibus intrà
Mœnia libertas! Tarpeiae culmina rupis
Scandentes Brenni socios compressit Olympus;
Urbs aeterna suo fidens quo praeside gaudet?
Imploratus opem tulit, absolvitque volentes?
Hoc prohibente minas, sua non pomoeria circum
Exspavit fremitum Roma, Annibalemque ruentem?
Tunc Martem demit Romae vigilare parentem,
Romae animam, neque opem magnae cessare Minervae,
Tegue iterum nomen, Stator, et pia vota merere.

Ergò in judicium, Gentes, perversa vocetur
vita hominum; si quas commissa piacula poenas
Conflârunt, meritò corrupti haec crimina mores
Invidiamque ferant: Sed erit quodcumque malorum
Impia Christiadis adscribere desinat aetas.

Plinius Tacito suo S.

3e

Matière. Ridebis, et licet rideas. Ego, Plinius ille quem nosti, apros tres, et quidem pulcherrimos cepi. ipse? inquis; ipse: non tamen ut omnino ab inertiâ meâ et quiete discederem. ad retia sedebam. Erant in proximo non venabulum aut lancea, sed stylus et pugillares. Meditabar aliquid enotabamque: ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. non est quod contemnas hoc studendi genus. Mirum est ut animus hac agitatione motuque corporis excitetur. Jam undique silvae et solitudo, ipsumque illud silentium quod venationi datur, magna cogitationis incitamenta sunt. proindè quum venabere, licebit, auctore me, ut pœnarium et lagunculam, sic etiam pugillares feras. Experieris non Dianam magis montibus quam Minervam interrare. Vale. (Plin. Jeune liv. 1. ep. 6.)

Développement. 1 Ridebis, meritoque datur tibi causa jocorum,
3 Nostrae comeli, primus amicitiae:
Plinius ille tuus, longo tibi cognitus usu,
Umbrarum atque operis cultor apollinei,
5 Et patiens audire piger, timidusque moveri,
Ternos sum laqueis quippè potitus apros!
Corpora vasta quidem, spatium admirabile; quales
Marsus ager mensis, aut Erymanthus alit.—
Ipse, rogas, dicto malè credulus:—ipse; meoque
10 Non sudore, meo nomine partus honor.
Desidiosus eram; venit propè lina sedenti

praeda, nec insueta nobilitate vago.
Lancea nulla mihi, aut rigido venabula ferro;
Nulla quibus gaudens sanguine ludus eget:
Arma fuêre mihi propior stylus, arma petenti
prompta, pugillares; nec sine consilio.
Nescio quid meditans, tabulis concepta notabam,
Mutabatque breves crebra litura notas:
Ut, si fortè manus spoliis mihi nuda rediret,
Cera suum saltem plena referret onus.

Non tibi, non aliis labor hic spernendus, amice;
Inferior nullis haec schola gymnasiis.
Mirum queis animos, agitato corpore, motus
accendat stimulis, ut nova subjiciat.
Undiquè jam silvae, jam sola umbracula multum
Cur facile invenias quae meditaris, habent;
Ipsaque venandi, benè jussa, silentia mentes
haud parvis acuunt sollicitantque modis.
haud mihi certè alias praesentior insidet ille
quem tibi crediderim semper inesse, deus.

Indè igitur, quoties agitare libebit, et actas
in tua, Cornele, cernere lina feras,
Cista capax fereris, purique laguncula baccbi
tenuis sint, comites subsidiumque viae:
At nec te pigeat, nobis auctoribus, una

ferre etiam tabulas; consule et ingenio.
Nam si fortis amat silvis errare Diana,
Virginis et dici nomine Monticolae,
Non minus aerios, frondosa cacumina, montes,
(Experieris enim) docta Minerva colit.

Mr Vérien.

Concours de Gram.e
1831.
4e.

L'amateur de Fleurs.

Matière. ut ver rediit, optatum tempus, mane novo surgit noster, hortumque revisit. primùm diù flores contemplatur qui, rupto utriculo, nitidos explicant colores, necnon et gemmas quae per noctem inerevêre. Nunc violas, nunc hyacinthum, et praesertim rosam miratur. Mox aeream urnam arripuit, undè foramine multo fecundus imber desiluit. deindè amputat si quid ligni aridum aut frondis squalidum videt, simul insecta dilectos flores depascentia enecat, et herbas steriles vellit. Si quem amici spectatum venient, dignus eorum oculis hortus erit, et regna sua ostentabit superbus possessor: at si quod festum interciderit, et serium demetere necesse est, ille maerens flores in fasciculum colligit, non jam suos.

Développement
1
2

Cessit hiems; redeunt optati tempora veris,
et foliis silvae, plantis sata, gramine campi
Luxuriant; solitos natura recepit honores.
Protinus ille, morâ pereant ne gaudia, somni
Impatiens, stratis celer exsilit; indè rubentem
Lucis primitiis, Phoebo non segnior, hortum,

Delicias hortum domini curamque, revisit.
Olli prima oculis flores lustrare voluptas,
hisque diu satiare animum qui, cortice rupto,
Explicuit certant nitidos aperire colores.
Nec vos non avidis gestit quoque noster obire
Luminibus, floris, gemmae, incrementa futuri,
quas sumpsisse notat nocturno tempore robur,
Et succis turgere novis. nunc inter odoras
Haeret amans violas; nunc ille moratur hiantem
Flos pulchri memor Abalidae; sed viva rosarum
purpura, vincit enim pictas regina sorores.
Planta, rapit nullâ pascentem lumina formâ
Longius, aut nullas captantem naribus aequa
Diffusis animas. super hâc pallescat, et amens
Laetitiâ, secum: "o species! o copia puri
Nectaris!" exclamat. mox corripit impiger arma:
Implet ahena viri, sitientibus utilis herbis,
Urna manum, areolas et circumducitur, imber
Dum bene divisus per multa foramina passim
Depluit in teneros fecunda aspergine flores.
Hinc, si parte aliquâ ramis morientibus arbor
Horret, et aspectu reliquum deturpat honorem;
si quas forte videt tristi rubigine frondes
Et foedis squalere notis, mora nulla, recidit
ferro ignominiam; pedibus simul obterit ultor
turpe crucarum genus, et corpuscula tollit

Deliciis infesta suis, quae morsibus horti
Depopulantur opes. Cùm, si quo injussa virescit
Herba loco, sterilem nunquam cessantia silvam
Sarcula convellunt, et humum purgare laborant.
Sic, ubi videndi studium invitabit amicos
(forsan et officium), tunc omnia tersa nitebunt,
Digna oculis; poterit tunc ostentare, superbus
possessor sua regna, suam, propè conditor, artem,
Ornatosque etiam vernis dimittere donis.
Quid loquor? ah! pereant verba infelicia! nempè
Si qua jubent heu! festa manus inferre rosetis,
Et devorare domos sertis redolentibus, hortum
Ingreditur mœrens; mœrens, sua gaudia, flores,
Dimidiumque animae, demessos pollice lento
Colligit in fasces, et vix sine questibus aegrè
Tradit, et humidulo, jam non sua pignora, vultu. 163

Mr Vérien

Clémence d'Auguste.

Matière. « hoc, inquit, primum à te, Cinna, peto, ne me loquentem interpelles, ne medio sermone meo proclames: dabitur tibi loquendi liberum tempus.

Ego te, quum in hostium castris invenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum, servavi; patrimonium omne concessi. hodiè tam felix es, et tam dives, ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti, praeteritis compluribus quorum parentes mecum militaverant,

dedi, quum sic de te meruerim, occidere me constituisti.»

Quùm ad hanc vocem exclamasset procul hanc ab se abesse dementiam : « non praestas, inquit, fidem, Cinna; « Convenerat ne interloquereris. occidere, inquam, me paras.»

Sénèque de Clementiâ, ch. 9.

Développement. « 1 Hoc primum te, Cinna, rogo, ne fortè loquenti
§ « vocem interjicias ; nullus tibi clamor ab ore
« Excidat, ac servent per te mea verba tenorem.
« Parva mora est : rursus dabitur tibi copia fandi,
« § Et tua succedent, concesso tempore, verba.
« Te (meminisse licet), primum crescentibus annis,
« Castra alûere mihi divoque inimica parenti,
« Et docuere armis in nos civilibus uti ;
« Nec modò castra ; odiis sedte gentilibus ipse
10 Imbuerat genitor ; te sanguine sensimus hostem.
« Quae tamen excepit victum fortuna ? Salutem
« Me donante, animâ frueris censuque paterno ;
« Res integra tibi, domusque recentibus aucta.
« Nunc et dives opum, super et tua vota beatus,
15 praemia victori certè invidiosa vel ipsi
« victus habes. eadem fecit te gratia summum
« Pontificem, optatoque volens ornavit honore,
« Via petisse semel, vix passa timere repulsam,
« Imò praeteritis quorum subiêre parentes
20 me duce militiam, nostri pars magna triumphi.

« Cetera quid memori referam? sat multa fatentis
« pignora habes animi. gratam meruisse videbar
« De te, Cinna, vicem: at capiti (quis credere possit?)
« immemor haudquaquam meritorum, Cinna, meorum,
» Insidiare meo!» tunc olli erupit ab ore,
Conscia vox animi, clamor, fraudemque retexit:
« ah! procul iste furor, procul hoc à pectore!» Caesar
Cui placidus: « nobis malè pacta silentia praestas.
» Me, me, inquam, coeo meditaris tollere ferro.» 192

Mr Vérien.

Le chien d'Ulysse meurt en reconnaissant son maître.

6. Matière. Expugnatâ Trojâ, multos annos erraverat Ulysses, patriam quaerens per maria. tandem Ithacae rupes attigerat. nec mora, tecta paterna petit; sed obsitus pannis, senilem mentitus habitum, famulos ipsamque conjugem fefellit. mutatis in hostes amicis, unus tamen superest, usquè fidus, canis; qui solitus olim venantem herum comitari, dùm abfuit ille militiae causâ, neglectus jacuerat, et longa defectus aetate oculorum usum amiserat. Ut praesentem sensit Ulyssem, continùo properat obvius, quantum effetae patiuntur vires, laetitiamque senectutis testatur blanditiis. mox deficiens recumbit, reddito domino nihil amplius exoptans, et animam exhalat.

Développement. 1 Ilion ut cecidit, longos maria omnia circùm
6. Infelix Laertiades erraverat annos,
Dùm reditu patriae fugientes quaereret oras.
Postquam fatales absolvit in aequore cursus,

Tandem Ithacas rupes alieno remige solus
attigit. optatae rex ut data copia terrae,
tecta paterna petit; sed inops vultumque senilem
mentitus, famulos habitûs errore fefellit;
et te, cum famulis, conjux, ea lusit imago.
Nec malè tùm latuit; fortunae nempe prioris
multus adulator misero nunc imminet hostis.
Unus amicus erat, domini quem fallere nulla
ars potuit speciesque, canis. Quondam integer aevo
Ille agitabat apros, aut per vestigia cervae
lustrabat nemora alta, comes venantis Ulyssei.
Quem, dùm militiâ Laertius abfuit heros,
cessanti officio, servorum inuria mullis
est dignata cibis; sed, corpus vile, jacebat
Desertus, venientque oculos extinxerat aetas.
Ut sensit reducem, subitus caput erigit, ardet
obvius ire senex, nisi quod tardabat euntem
corporis effeti languor. Tum gaudia caudâ
testari tremulâ; tùm linguâ lambere palmas,
atque pedes lacrymantis heri, nihil amplius optans,
quamquam sera venit, brevisque fruenda voluptas.
Donec deficiens, non ultrà fata moratus,
Fata quasi veniant domino matura recepto,
Exhalat vitam felix, animamque fidelem.

Mr Vérien.

---

7. à un oiseau qui était entré en volant dans une classe de 6e pendant la durée des exercices.

(Magister loquitur.) quò, malè sana, ruis? rapido cur acta volatu

Musarum subis hospitium, populoque frequentes
Mobiliore locos? tibi nùm praedator ab alto
accipiter veniens expansis ingruit alis,
Fratremve fugis, rostro minitante, maritum?
ah! faveat tibi grammatice, defixaque doctis
codicibus, tibi turba volens indulgeat! olli
gratior haec novitas volitantis imagine muscae;
causa joci haec melior mure exsiliente cavorum
& latebris per amica silentia ludi.

Dùm loquor, en studium cuneti posuêre, librorum
immemores; oculis te quisque notare, sequaci
te prensare manu, passim geminante cachinnos
ancipiti per scamna fugâ, risumque magistro
vix cohibente suum, dùm, portae ignara patentis,
in tua te revolans temere vestigia torques,
heu! modò parjetibus, modò clausae impacta fenestrae;
hoc miserabilior, tibi quod spectaria monstrant
ac simul eripiant tenui discrimine coelum.

parce timere tamen; nihil hinc tibi triste paratur:
Pieridum germana tua est natura sororum;
Est quoque Pieridum volucer chorus, inter et umbras
ille agitat nemorum, sphebeaque flumina servat,
undè bibit puros latices artemque canendi.
vives ergò, iterùm permissa patentibus auris
numine musarum, patrii levis hospita coeli:
te donant animâ, te libertate sorores.

Mr Vérion 247.

8. Matière.

Non, non, tous ces détours sont trop ingénieux;
Vous lisez de trop loin dans les secrets des Dieux.
Moi, je m'arrêterais à de vaines menaces,
Et je fuirais l'honneur qui m'attend sur vos traces!
Les Parques à ma mère, il est vrai, l'ont prédit,
Lorsqu'un époux mortel fut reçu dans son lit:
je puis choisir, dit-on, ou beaucoup d'ans sans gloire,
Ou peu de jours suivis d'une longue mémoire.
Mais puisqu'il faut enfin que j'arrive au tombeau,
voudrais-je, de la terre inutile fardeau,
trop avare d'un sang reçu d'une déesse,
attendre chez mon père une obscure vieillesse,
Et, toujours de la gloire évitant le sentier,
ne laisser aucun nom, et mourir tout entier?
ah! ne nous formons point ces indignes obstacles:
L'honneur parle, il suffit; ce sont là nos oracles.

Racine. Iphigénie en Aulide, act. 1, sc. 1.

La famine dans Paris. (Henriade liv. X.)

traduction

---

9 1 at simul insessis captivus Sequana ripis
Jam non finitimas immensa in mœnia messes,
Vectigal solemne, tulit; quum visa per urbem
forma exstare famis, truculento lurida vultu,

8. Traduction.

Ah! valeant istae, nimiâ quas arte laboras
fingere, causarum ambages; te longius aequo,
Rex, juvat arcanam Superum praenoscere mentem.
Me ne, opere in tanto, vana formidine fati,
Despondere animum, et, posito certamine laudis,
Deserere oblatam tua per vestigia palmam!
Quippè ità fatidicae matri cecinere sorores,
Quum sibi mortalem junxit, dignata cubile;
Nato sorte datur longam sine nomine vitam,
aut pauvos optare dies quos fama sequetur
nec perituros honos. Sed quandò, uteumque morabor,
Est adunda mihi fatalis meta sepulcri,
Desidiosus, iners, terrae non utile pondus,
Mater diva, tui malè parcus sanguinis, ultrò
Exspectem senium in patriis ignobile tectis;
Et quà laudis iter mihi panditur, usque recusans
Illàc ferre gradum, patiar post funera famae
Nil superesse meae, totusque exstinguar Achilles?
Ah! nunquam ità, viros inhibere indigna, volenti
finge animo, nec sponte tuis virtutibus obsta:
Jussit honos, satis est; haec nostra oracula sunto. 268

Mr. Vérien.

---

9 La famine dans Paris. Matière.

(1) gardées par les ennemis.

Mais lorsqu'enfin les eaux de la Seine captives (1)
Cessèrent d'apporter dans ce vaste séjour

grassantem ostendens sua post vestigia mortem,
tunc ululatus atrox incendit questibus auras;
implevêre tuos tunc, pulchra Lutetia, muros,
Vulgus inops, miseri, quorum (lacrymabile dictu!)
vitale auxilium gemitu rogitabat inani,
Deficiens cum voce manus. mox, plurima frustra
Conatae, sensêre et opes jejunia turbae,
Congestoque fames locupletem torsit in auro.
heu! festi cessêre dies, convivia, ludi
(Deliciae celeres, nunquam satis hausta voluptas),
quum redimire rosis et olenti tempora myrto
Gaudebant, lectaeque dapes, primique saporis
vina, sub auratis trabibus quas luxus habebat,
Certabant acuisse pigri fastidia ventris.
Mollis turba virum diris pallentibus ora
Deformata gerens, lethoque impressa futuro,
terror et ipsa suis popularibus, inter opimas
Divitias vanum consumpta exhorruit aurum.
Jejunus senior, jam jam perituras, eadem
peste occumbentis sedet ad cunabula nati,
nec valet infantis teneraе succurrere vitae.
Hic rabido ventris jacet exanimata furore
tota domus.... procul hinc, squalenti pulvere fusa,
fedas reliquias, alimenta immunda, sub ipsa
morte, rapit miseranda manus; bustis-ve refusis,
te, natura, tuasque ausi rescindere leges,

l'ordinaire tribut des moissons d'alentour,
quand on vit dans Paris la faim pâle et cruelle
montrant déjà la mort qui marchait après elle,
alors on entendit des hurlements affreux;
ce superbe Paris fut plein de malheureux
de qui la main tremblante et la voix affoiblie
demandaient vainement le soutien de leur vie.
Bientôt le riche même, après de vains efforts,
éprouva la famine au milieu des trésors.
Ce n'étaient plus ces jeux, ces festins et ces fêtes,
où de myrte et de rose ils couronnaient leurs têtes;
où, parmi des plaisirs toujours trop peu goûtés,
les vins les plus parfaits, les mêts les plus vantés,
sous des lambris dorés qu'habite la mollesse,
de leurs goûts dédaigneux irritaient la paresse.
On vit avec effroi tous ces voluptueux,
pâles, défigurés, et la mort dans les yeux,
périssant de misère au sein de l'opulence,
détester de leurs biens l'inutile abondance. (1)
plus loin, des malheureux, couchés sur la poussière,
se disputaient encore, à leurs derniers moments,
les restes odieux des plus vils aliments.
Ces spectres affamés, outrageant la nature,
vont au sein des tombeaux chercher leur nourriture.
Des morts épouvantés les ossements poudreux
ainsi qu'un pur froment sont préparés par eux.

(1) Voir à la fin 3 vers omis. A.

Infandum quaerunt, simulacra famelica, victum ;
Et quas fundit humus puris pro frugibus, igne
pulverulenta parant, stupefactis manibus, ossa.
heu ! quid inexpertum summa infortunia linquunt ?
his patrii cineres epulas fecêre, nefanda
nec repetenda iterum misero convivia vulgo,
Dum sibi maturat, mortis formidine, mortem. /. 30 f.

M^r Vérien.

Développement 1 Oram inter Libyae, partes quâ spectat Eoas,
10. Caprobanesque plagam, medii quâ semita solis
Ducitur, immensum tenet insula plurima pontum,
Maniolas dulci quas nomine dixit, in orbem
Dispositas, sua gens, longinquae Cycladas undae.
Hic populi cultuque rudes nostrisque carentes
artibus, ast animis magna inspirante locorum
Ingenio, patrii faciunt solemnia ritus,
Aequiparanda tuis hominum pietate, vetustas
Graia, sacris, nec dissimili certantia luxu.
Annua quum certis redierunt festa diebus,
Festa dicata deo servit cui maximus aether,
Immemor et propriae jam mobilitatis, eosdem
Continuare solet semestri tempore ventos,
Multiplices cymbae, sacri instrumenta, parantur ;
quas implent homines redolentis fomite silvae,
Et varios miscent flores, pretiosaque nardi
Germina, et arboreos, inciso cortice, succos.

que n'osent point tenter les extremes misères ?
On les vit se nourrir des cendres de leurs pères !
Ce détestable mets avança leur trépas,
Et ce repas pour eux fut le dernier repas.
Vers 22 A. Le vieillard, dont la faim va terminer les jours,
23 Voit son fils au berceau qui périt sans secours.
24 Ici meurt dans la rage une famille entière.

---

10. Fête des Vents dans les Iles Maldives.

Sur les bords où vos mers recoivent sur leur sein
D'heureux navigateurs un innombrable essaim,
O Maldives ! combien j'aime la noble fête
qu'aux vents maîtres des mers tous les ans on apprête !
Le jour vient : de parfums à grands frais rassemblés
D'innombrables canots à la fois sont comblés ;
Des feux sont allumés ; les flammes dévorantes
Bientot ont parcouru les feuilles odorantes.
De mille cris joyeux les vallons sont frappés.
On s'élance ; et soudain tous les câbles coupés
abandonnent aux vents les barques vagabondes.
Le flottant incendie éclaire au loin les ondes,
Et, parfumant les cieux et la terre et les mers,
va porter ces encens aux puissances des airs.
Culte heureux, que la Grèce eut envié peut être !

(Delille. Imagination ch. 8e.)

Vesper adest, signumque datur: tùm classis odora
accipit admotos ignes, et, fune soluto,
quà libuit ventis fertur succensa per æquor,
permissasque secat leviter sine remige lymphas.
Singula dùm ponto fluitant incendia, passim
hinc vapor ambrosiis glomeratus odoribus implet
sublimes tractus Genii, pelagusque coruscum;
et suaves flammarum animas è littore gentes
excipiunt, fremitugue ferunt ad sidera munus.
Felix religio, castisque innoxia festis!
quam spirare aliquid credas jucundius ipsâ
Joniâ, cælo non inferiore fruentem. M. Vérien. 335

Métamorphose d'Aristus et de Linus.

---

11 Matière. Aristus Linusque invicem se diligebant, ambo pares ætate, ambo pastores. Dùm fusus arboris sub tegmine canit Linus, fistulâque respondet Aristus, Eccè serpens tacitè per herbas illapsus, aversum illum corripuit, et linguæ morsu enecat. Ille exanimis volvitur. Jacentem amplectitur Aristus, silvam et Deos incusans, se miserum exclamans. Sed nil juvant lamenta. Cujus dolorem miserata Venus, Linum in cognominem cannam mutari jubet. Nec desiderio tam cari capitis modum fecit alter, donec, rursus miserante deâ, vertitur in volucrem. pluma tegit artus; fistulam rostrum excipit; novaque volucris linum celebrare et pasci gaudet.

Développement II.

Linus erat pastor pastori carus Aristo.
Ambo pares annis, studiis agrestibus ambo,
pascere gaudebant eadem per prata capellas.
fronde sub arboreâ recubans dum carmina cantat
Linus, et ad vocem juxtà recubantis Aristi
fistula respondet, dulci sociata susurro,
lubricus en serpens, tacito per gramina lapsu,
corripit aversum morsugue tricuspide Linum
Enecat. heu cecidit, supremo lumine amicum
spectavit morieus, oculosque recondidit. amens
occupat exanimes ille atque amplectitur artus,
crudelem silvam, crudelia numina divûm,
se miserum ingeminans, propriae cui dura negasset
sors jacturâ animae socii pereuntis acerbam
anticipare vicem, aut eadem per vulnera vitâ
effugiente paris solatia carpere mortis.
quid lamenta juvant et tristibus icta querelis
silva? tamen Cytherea animo miserata dolentem,
obtutu juvenis lacrymas dum pascit inani,
hunc jubet in tenuem vultus transmittere cannam,
quae juvenis nomen retinet, vestil que puellas.
nec desideriis finem facit ille peremptis.
quem dea, longa videns orbae fastidia vitae
nolle pati, pennis, iterum miserata, levavit.
ergò, dum tenerâ solatur arundine luctum,
transit in volucrem, mutato corpore, pastor.

artus pluma tegit; rostrum facit ipsa dolentis
fistula lenimen, scindens que recentibus alis
aera, dulcis adhuc cognomine gaudet amici,
Et celebrare solet notum, sua pabula, linum. 365.

M. Vérien.

Parapamisadum regio describitur.

---

12. matière. Locorum asperitas hominum quoque ingenia duravit: gelidissimum septentrionis axem ex magna parte spectant; Bactrianis ad occidentem conjuncti sunt; meridiana regio ad mare Indicum vergit.

Tuguria latere primo struunt; et quia sterilis est materiae terra, in nudo etiam montis dorso, usquè ad summum aedificiorum fastigium, eodem laterculo utuntur; exterum structura latior ab imo, paulatim incremento operis in arctius cogitur, ad ultimum in carinae maximè modum coit; ibi foramine relicto, supernè lumen accipiunt ad medium. Vites et arbores, si quae in tanto terrae rigore durare potuerunt, obruunt humo: pentùs hieme defossae latent: quum, nive discussa, aperiri humus coepit, caelo solique reddantur. Caeterum adeò altae nives premunt terram, gelu et perpetuo pene frigore constrictae, ut ne avium quidem feraeve ullius vestigium exstet. Obscura caeli verius umbra quam lux, nocti similis, terrae incubat.

(Quinte Curce liv. 7e ch. 3.)

Développement 12

Hic agitat vitam humani gens nescia cultûs,
Ferrea gens; mores locus efferat asper, et ipsum
Inficit ingenium rigidae inclementia terrae.
Maxima pars spectat Boream et gelidissima cœli
sidera; ab occiduo contingit limite Bactros;
quae subjecta noto est, Indum plaga vergit ad aequor.

Fundamenta casis lateres, meliora negante
Instrumenta solo, vel nudo in vertice montis;
hinc posuere lares, hinc prima mapalia; surgunt
Coctile opus muri, culmenque laterculus idem
Efficit. Inceptae spatiosior exstat ab imo
forma domûs; sed enim, paries ut crescit, in arctum
cogitur, et pressâ sensim compage, carinae
in speciem summi coeunt fastigia tecti.
Hic patet ad medium rima inseriturque, relictum
lucis iter; qua parte diem solemque coloni
Desuper accipiunt. ramis non mollibus arbor
si qua, novae victria hiemis duravit; in illo
si qua rigore soli valido stat palmite vitis,
Utraque defossâ penitus latet obruta terrâ.
traducitque hiemem brumae secura, morantes
Exspectans Zephyros; nivibus dum libera tellus,
Arvorumque sinus laxati veris amicâ
temperie, reddant cœlo et clementibus auris
audacem in tepidos tuto se credere soles.
Verum (ut niveis horret regio obsita late

aggeribus, mollique Noto fere nescia solvi
presset humum moles, concreto frigore vincta !)
nulla exstant avium vestigia, nulla ferarum.
Sol datur exiguus, lucisque usura maligna;
quaeque dies aliis, haec ceci verius umbra
Incubuit campis, obscurae proxima nocti. 397

Mr Vérien.

pourquoi Mahomet interdit l'usage du vin à ses sectateurs.

13. matière. Mahumes ille, futurus Orienti legum creator, quum onustas mercibus eois camelos olim per Arabiae deserta ageret, valli fortè propinquans in quâ plurima surgebant tentoria, festos exaudivit clamores. Scilicet nuptiae gentili more celebrabantur; animos exhilarante vino, fervebat gaudium. Benigne Mahumes excipitur. ipsi et camelis praebentur alimenta. sic habitus, ille dulci liquori benedixit.

Indè iterùm se dat in viam, pollicitus se iisdem hospitiis usurum si eadem iter redux haberet. paucis post diebus interjectis, rursus aderat, hospites gestiens salutare. sed longè alia locorum facies. passim signa recentis stragis apparebant. obstupet videndo, rogatque nùm qua hostium subita vis ingruerit. respondet quidam è senioribus non hostem saevisse, sed cives vino calefactos in mutuam caedem concurrisse. tunc sanctus vates exitioso liquori maledixit.

Développement 13

Ille camelorum ductor, cui gentis Eoae
Debebat sese imperium, venturus agresti
formator morum populo, legumque creator,
forte suo merces grege transportabat ab Ortu
Solis ad Occasum, campisque ardentibus ibat,
secum magna agitans Orientis fata futuri.
Ecce propinquanti vallis surrexit arenas
inter, et immenso viridis stetit insula campo.
Dulce viae diverticulum: residebat in illâ
parte Arabum tribus, et tectis candentibus arva;
Mobilibusque focis, latè diffusa, tenebat.
Hùc subitò ad vatem laetae vox plurima turbae
venit: agebantur patrio connubia ritu,
pastorale sacrum; mentesque hilarante Lyaeo,
Concordes epulae cantu et clamore fremebant.
Continuò in partem cenamque viator amicè
Excipitur, gentis fit publicus hospes; et ipsos,
Dum requiescit herus, recreant alimenta camelos.
Sic habitus, vitis laudavit munera, causam
Laetitiae, sit visum est, vates, fontemque beatum.
Inceptum mox pergit iter, se pignore destrae
Pollicitus, si forte illâc remearet, iisdem
Usurum hospitiis: nec verba fidemque fefellit.
Haud mora multorum fuit interjecta deorum,
Donec se referens campos et nota viator
tecta salutaret, vallesque revisaret umbras.

Sed quam versa loci facies! tacituma silebat
Vallis, et indigno squalebat sordida luctu,
Horrebatque solo cædes impressa, nec ullae
Exciere pio venientem murmure voces.
Vidit et obstupuit, latisque ad sidera palmis:
« Vidè, Viri, clades? quae vos immissa repentè
« Hostica vis?... » ille: non hostica sensimus arma,
« respondet senior; corruptâ pace, cruorem
« Civiles hausère manus; tu funeris auctor,
« Exitiale merum, calefactis arma ministras
« Mentibus, et cæcos rapis ad certamina fratres;
« Quod luget gens tota, tuum est! » non irrita vates
Hinc documenta tulit; tacito tunc pectore: « semper,
Insidiose liquor, nobis, ait, esto nefandus,
Gaudia qui vertis lacrymis, pacemque tumultu. 438

Mr Vérien

---

12. Cantate de Ciré. J. B. Rousseau

---

traduction. Sola rupe super, cingit quam plurimus horror
Tangentem aetherias propè nudo vertice nubes,
Decolor, atque oculis in morte natantibus, ignes
Deflebat miseros, lustrabatque aequora Circe,
Dulichiae fugitiva sequens vestigia puppis.
Vsquè videre putat sponsi se mobilis ora,
Dumque gravem vanâ solatur imagine curam,
Saepè inter lacrymas, inter suspiria raptis

vocibus, hunc tali tentat revocare querelâ.

Ô per quem trepidat cor mihi turbidum,
nostras, dure, plagas respice, non diu
versis luminibus; praecipitem brevi
motus siste fugam morâ
quod si non revocat flamma fidelibus
te desideriis, immemorem mei,
saltem quo brevius sit mihi perditae
mortis supplicium, redi.
per te quum peream, flamma animum tenet
semper grata tuo vulnere saucium.
O pensate odiis exitialibus,
tantus crimen eras, amor?»

haec primum erumpens questu jactabat inani.
mox artes aggressa suas Titanis, Ulyssem
si queat insani causam revocare furoris,
Numina quot Stygiis habitant sub fauibus, altâ
voce tonans, triplicesque deas, Nemesinque, canisque
ora Medusaei, nigroque Acheronta fluento,
Immitemque Hecaten, furialesque evocat angues.
sponte cruentata rogus exardescit in arâ,
quem subitum fulmen deprascitur. occidit atris
infuscata dies nimbis; stant sidera, cursu
attonito; refluunt esterrita flumina, et ipse
tartareis trepidat Stygius regnator in umbris.

Voce tremenda
Ingemit Orcus;
Murmure diro
Intonat Aether;
horrida mundo
Incubat umbra.
Excita mutat
terra tumultu;
quassa furore
Mugit unda;
Luna refugit
Sanguinolenta.

Nec mortis jam tuta quies; turbata profundi
pax Erebi; diro commoti carmine, Manes
Attoniti ruptis assurrexere sepulchris;
Et debacchantes effracto carcere venti
Sibila tartareis clamoribus horrida miscent.
quid juvat, infelix, magico insudare labori?
Nam tua majori pendent de numine fata.
Cedendum, vesana, deo: tibi terra tremiscat
Obsequiosa licet, tegue impellente, tyranni
Impatiens, dociles exardeat Orcus in iras,
Non magici vincent, quod non tua forma, furores.
Cuncta potes, Circe: non extorquebis amari;
Libera res amor est; sponte volensque datur.
arbiter ipse sui, superum regnator et orbis,

Jura dat, et solus jura recusat amor.

Quos populatur hiems, campis instaurat honores
Ursus Flora suos et sua regna redux.
Alcyonem alternis fugat et fugit Aeolus alis:
At semel elapsus non revocatur amor. §02.

Mr Vérien

14-bis- autre traduction de Mr Barbier-Vémars extraite de l'Hermes Romanus.

Aeriae nudo rupis de culmine, Circe
Decolor, attonita, et jam morte natantibus aequor
Subjectum lustrans oculis, fugebat amorem
Spretum: prospectare ratem fugientis Ulyssei
Se putat, ac vanâ dum ludit imagine sensus,
Absentem revocat supplex, et inania jactat.
Verba Notis, fletu et singultibus interrupta:
" Siste, inquit, nostrique auctor miserere doloris;
" Et semel ad nostras lumina flecte plagas.
" Sive redire negas ad mutua gaudia, saltem
" ut mihi matures funera, saeve; redi.
" Immeritam laceras, sed amo mea vulnera: demens
" Accepta incauto pectore vulnera amo.
" tantum at fastidis odioque rependis amorem!
" Hos ignes superi nùm scelus esse putant?
" Siste, ah! siste meique auctor miserere doloris,
" et semel ad nostras lumina flecte plagas.

Sive redire negas ad mutua gaudia, saltem
    at mihi matures funera, Saeve, redi.
Vt questus nil proficiunt, mox confugit artes
ad notas, retrahi si quâ vi possit Vlysseus.
Caenarias fauces, Phlegethontaque, et omnia Averni
Numina, luctificam alecto, Stygiasque Sorores,
Tartareumque Canem, Nemesimque Hecatenque ululatu
Thessalico vocat. en subito madet ara cruore,
fulmina detonuêre polo, flammaque voraci
Corripuere rogum crepitantem: mille vapores
Involvunt trepidum piceâ caligine Solem;
Aeterno nocturna resistunt sidera cursu.
Turbata, occurrunque retorti fontibus amnes;
Ipse pavet caeco Pluton sub gurgite: at illa
        voce tremenda
        Tartara turbat;
        Murmure diro
        perstrepit aer;
        horrida mundo
        incubuit nox.
            Viscera terrae
        intremuerunt;
        acta furore
        Mugiit unda;
        Luna cruento
        axe refugit.

pallentes umbras, mediâque in morte quietos
Exagitat Manes. Larvae monumenta relinquunt
Exsangues; latè longis ululatibus aether
personat; obscuris stridet fremebunda cavernis
Ventorum excantata cohors, et carere rapto
Sibila terrificis clamoribus horrida miscent.
Quid speras? quid vana juvant portenta furentem?
Te fata impediunt, numenque potentius urget.
Ito, terram quate, sed quamvis tibi pareat Orcus,
Non facient, quod forma nequit praestare, furores.
Nunquam invictus amor vinclis aut arte tenetur;
Quis tanti possit temnere jura Dei?
Nec dominum, nec vim patitur, cunctisque superbus
Imperat, addictus nullius arbitrio.
Rura gelu quae vastat hyems, mox flante marito
Flora venusta tenet:
Aeolus alcyonem fugat, et fugit ipse fugatum
Aeolus alcyonem:
Ast ubi praepetibus pennis amor avolat, unus
Non revocatur amor.

Barbier-Vémars.

Cassandra.

matière. Longâ tandem exsoluta obsidione Troja ludis indulgebat. ipsae interfectorum matres, oblitae orbitatis, servatam patriam gratabantur. Sed, in communi gaudio, una maeret Cassandra. illa scilicet et festas voces, et floribus ornatas aras exosa, in

secretissimum Apollinis lucum succedit, si posset animum aspectu futuri furentem fallere. sed frustrà; urget numen implacabile. tunc Dei laceratis vittis, in hos questus erumpit:

Ergò non quiescere mihi unquam dabitur; aderit fatum ineluctabile! o Deus, infelix recipe donum, hanc mihi redde caliginem quae circum mortales hebetat visus. mihi quoque liceat et festas voces promere, et servatam gratari patriam.... non ità; laeti isti clamores morientium gemitus referunt. adest jam classis inimica, adest servitium.

Développement

Insidiis Danaum, longâ obsidione solati,
Dardanidae in ludos, deserta mente, ruebant.
festa canebantur; splendebant ignibus aras,
templa superba, domus: aliis heu! debita flammis;
trojaque victricem, fato propiore, gerebat.
Immemor ipsa parens quos hauserit hostibus ensis,
Dedidicit lacrymas; servata reprendit ademptos
Pergamus, alter amor. Dum laeto cuncta tumultu
miscentur, tunc sola dolet Priamcia virgo,
Conscia venturi, vates; quae gaudia vulgi,
Insanum strepitum, et deoratas floribus aras
aversata, fugit, nemorisque recedit in umbram
quod tibi, Phoebe, sacrum Troes dixere, futuri
Lymphatam aspectu possit si fallere mentem.
nequiquam; miserae sedet implacabile numen,
fatidicam inspirans animam, fugitque puellae

ora reluctantis; donec, certamine victa,
Dilaniata comas, lacerisque antistita vittis:
Ergò mihi, exclamat, dabitur requiescere nunquam!
Usque aderit tua mens, et ineluctabile fatum!
Cede, Deus; recipe infelix, praesagia, munus,
queis ibi nulla fides; noctem mihi redde precanti
quae circum humanos hebetat caligine visus,
et tua se vates festis popularibus addat,
Jam scura mali; liceat nescire dolosos
Grajugenas; liceat gratos quoque tollere plausus,
Inter et Iliadas patriam celebrare receptam.
Nil, Cassandra, facis; tibi quam fugis haeret imago;
aversis de luminibus troja ingerit ardens.
promite nunc lactas, vulgus miserabile, voces!
hic sonat horrendum clamor, gemitusque videtur
reddere ferales suspiriaque ultima mortis.
Classis adest inimica; parat jam vincula Graius. 597

M^r Vérien

Εἰς περιστεράν. (Anacréon.)

16. matière

Ἐρασμίη πέλεια,
Πόθεν, ποθεν πέτασαι;
πόθεν μύρων τοσούτων,
Ἐπ' ἠέρος θέουσα,
πνείς τε καὶ ψεκάζεις;

Ἀναχρέων μ' ἔπεμψε
πρὸς παῖδα, πρὸς βάθυλλον.
Τὸν ἄρτι τῶν ἁπάντων
Κρατοῦντα καὶ τυραννον.
Πέπρακέ μ' ἡ Κυθήρη,
Λαβοῦσα μικρὸν ὕμνον.
Ἐγὼ δ' Ἀναχρέοντι
Διάκονῶ τοσαῦτα.
Καὶ νῦν, ὁρᾷς, ἐκεῖνον
Ἐπιστολὰς χομίζω.
Καὶ φησιν εὐθέως με
Ἐλευθέρην ποιήσειν·
Ἐγὼ δὲ, κἢν ἀφῇ με,
Δούλη μενῶ παρ' αὐτῷ.
Τί γὰρ με δεῖ πετασθαι
Ὄρη τε καὶ κατ' ἀγρούς,
Καὶ δενδρεσιν καθίζειν
Φαγοῦσα ἄγριόν τι;
Τανῦν, ἔδω μὲν ἄρτον,
Ἀφαρπάσασα χειρῶν
Ἀναχρέοντος αὐτοῦ.
Πιεῖν δ' ἐμοὶ δίδωσι
Τὸν οἶνον ὃν προπίνει.
Πιοῦσα δ' ἄν χορεύω,
Καὶ δεσπότην ἐμοῖσι
Πτεροῖσι συσκιάζω·

Κοιμωμένη δ' ἐπ' αὐτῷ
Τῷ βαρβίτῳ καθεύδω.
Ἔχεις ἅπαντ' ἄπελθε.
Λαλιστέραν μ' ἐθηκας,
Ἄνθρωπε, καὶ κορώνης

Traduction 16.

Unde per aerios, volucris blandissima, tractus
Labere, quaeve petis missa, columba, plagas?
Ambrosio tua penna viam dum spargit odore,
quae tibi causa viae? cui famularis hero?
Teius hunc jussit cursum me carpere vatis,
Cura sui vates deliciaeque dei.
« Ad Samium i juvenem; pete nuntia fida Bathyllum,
« Cujus amore novo pectora cuncta calent,
« Atque etiam certant grato servire tyranno. »
Dixerat: ad juvenem nuntia fida fero.
Me dedit acceptae pretium Cytherea musae,
Versiculis nuper concelebrata seni.
Utitur hic nostro (sit testis epistola praesens),
mittere si quid amat dulce, ministerio;
Et memor officii est; nam: jusso functa volatu,
Libera jam fies, jam tua, dixit, avis.
Libertas valeat! si copia detur, heriles
Maluerim nunquam deseruisse lares.
Quid juvat ire vagam juga per montana, per agros,
Mutantem incerta mobilitate lares?

quid juvat, arboreae sub tegmine frondis, agrestes
Carpere quos tulerint arbor humus-ve cibos ?
nam mihi dulce magis, dominus qua vescitur, ipsi
Delusa cererem surripuisse manu,
Et pepulisse sitim lenaei nectaris haustu
quod libare senis labra canora solent.
Cunc laetam varios leviter dare corpore saltus
Ebria mes Bacchi facta liquore jubet;
aut umbrare caput, geminasque expandere pennas
fronte super citharae fila moventis heri:
Donec somni avidam me barbitus excipit; utrò
tùm, quasi sopitae, continuere fides ....
Omnia doctus, abi. cornice loquacior ipsa,
hanc hospes linguam te stimulante, sui. 631.

M^r Vérien.

Le bon sens. (imité de l'Arioste, Roland furieux, ch. 34.)

17. <u>matière.</u> Vates ille Italicus qui cecinit Orlandi fortiter facta, et furorem, finxit inter sidereos orbes, in piorum sedibus, secretam esse vallem, non salubritate coeli, non hortis singularem, sed miraculo quodam quod omnia vincat miracula. hìc nempè, ait, reperitur, quà nos abundè ornatos existimamus, bona mens, implet que vallem. Illam sub specie liquoris in vaporem facile vanescentis vitreae lagunculae servant, ita obturatae ut nullum omninò exitum praebeant. hìc sese refert atque recondit quidquid bonae mentis interit

apud mortales. Non eadem omnibus mensura; singulis
notis discriminantur. Pleniores sunt quae sophistarum,
Mathematicorum, ambitiosorum, amantium, poetarum
nomina gerunt inscripta. Si nos famulantes venti aut
alatus quadrupes ad superam vallem transvehant,
quis nostrum non stupeat agnoscendo ampullam plus
dimidia parte suae mentis capacem.

Développement 1 Italiae vates deum immortale camenae
17. Orlandi cecinit qui grandia facta, virumque
amentem exposuit, Venerisque furoribus actum,
Sidereos orbes inter sedesque beatas
finxit secretâ vallem in regione jacentem,
quam non temperies faciat, non purior aura,
insignem antè alias, hortive perennis honores,
sed nova res, et adhuc nullis inventa poetis,
Judice me, miranda super miracula mundi:
hìc reperitur, ait, quâ sat sibi quisque videtur
ornatus, bona mens, implet quae plurima vallem.
Scilicet in speciem volucris formata liquoris,
ampullas habitat, levior cum spiritus, arctè
occlusas, tenuem ne praebeat ulla meatum;
nam si rima patet, vanescere promptus in auras,
Erupit impatiens vitrei de carceris hospes.
hùc sese recipit (pariter mirabile!) nostrae
pars quacumque malo per terras excidit usu.

Mentis, et ad veros fugit irrevocabilis ortus.
Ut non sorte pari sensus datur omnibus idem,
sic quoque multimodis varia est mensura lagenis.
Multa caret certo tituli discrimine; cunctas
nomina distinguunt. tumido quae ventre notantur,
inscriptos referunt stimulis quos anxia versat
ambitio, quos ludit amor, quers texere cura est
verborum ambages, et dicere: totus homo nil;
et qui, venturos avidi praenoscere casus,
terrarum immemores, scrutantur sidera (vulgus
innumerum), ac turba non inferiore poetas.
Si nos turbineo sapientes flamine venti,
aliger aut quadrupes, tergo benè sessilis, alter
Pegasus, ad vallem sublimi tramite vectet,
quis non obstupeat, cupidis quum singula lustrans
luminibus, proprio signatum nomine certè
agnoscat mentis, qua se non senserit orbum,
ampullam plus dimidia jam parte capacem. 667.

M. Vérien.

Adieux d'Ève au Paradis terrestre.

---

matière. Ergò tua, Eden, linquere vireta cogor fortunataque nemora, triste aeternoque damnata exsilio! sic Deo visum est: hanc delicti poenam luimus. non hic implebimus concessos dies, admisso scelere ingratos; terra morituros habebit. nec tantum beata sede carebimus, florumque et fontium et perpetui graminis

spectaculo: delapsos in humilem terram torquebit angor conscias mentis, et errantes aget fero tumultu. Infelix conjux! ego tibi exsilii auctor; ego te perdidi; propter me patrium solum et dulces campos relinques, invisus Deo. Innumeros etiam patientur innocui posteri dolores, ob unius culpam; exsecrabuntur primam parentem, et longa mihi paratur, vel post fata, in terris poena.

Développement 18.

Numinis, aethereâ delapsus ab arce, minister
Ultor adest sceleris, nuntius exsilii:
« Hinc procul, hinc, sontes (vester vos rejicit Eden),
« Cedite in aeternum; sic jubet ipse Deus. »
Dixerat. in fletus ambo solvuntur inanes:
Illa viro merens ingemit, ille suae;
Dumque recedentes humenti lumine campos
Respiciunt, merito tristior, Eva, dolet:
« Ergo tuas, Eden, jam non tua, linquere silvas,
« Et fortunatâ cogor abire domo!
Dulcibus heu! longum cogor valedicere pratis!
Aeterno miseri plectimur exsilio.
Quippe Deo visum est: nobis commissa luuntur;
Neglecta patimur non inopina fide.
Non ibi concessos ambo complebimus annos,
Jam nocuis, laesa religione, graves;
Damnatosque mori, postquam nos hauserit aetas,
Defunctum vita corpus habebit humus.
Sic, o perpetuo viridantes cespite, ripae,

O, latices, hortis molliter irrigui,
Iam non distribuam vestros per gramina rivos,
Iam non florigeris frigora vestra toris;
aut tellure nova si quis consurgere visus
flosculus, hic lacrymis pastus alentis erit.
Nec satis exilio sedes mutasse beatas,
nec satis heu! luteas hinc petiisse domos:
Torquebunt animi memores, et conscius angor
supplicio errantes irrequietus aget;
Impia mordebit cruciatu pectora longo
in nostrum, coluber, pestis adacta sinum.
Infelix curae, nimiumque uxorie conjux,
te sponsae innocuum credulus egit amor.
Poenae equidem, frondes tactu violare nefandas
ausa prior, poenae debita sola fui.
Hoc miserabilior, tibi sum quod dulcibus arvis
nataliqne solo non rediturus abis;
quod, caput invisum coelo, experieris acerbum
In te, deposito patris amore, Deum.
quin genus inficient maternae heredia culpae,
plurimus ac misero defluet inde dolor.
Olli parce, Deus! quid vitae nescius infans,
venturae soboles quid meruere pati?
primam exsecrari discet vel sera parentem,
unius ob crimen perdita, posteritas.
Me manet in terris etiam post fata superstes

Pœna, labor prolis questus et ille meae!
Heu! ferar infelix nomen mortalibus Eva,
48 Et peccasse semel noxa perennis erit! 715

M. Vérien

Cassandre prédit la mort d'Agamemnon.

---

19. matière. Res agitur magna, et par annis decem. Consurge, anime; vicimus victi Phryges; resurgit Troja. Nunquam tam clara providae mentis furor oculis meis ostendit; video, et intersum, et fruor. Celebrantur regia domo epulae, quales fuerunt ultimae Phrygibus dapes: lecti nitent Iliaco ostro; jacet ipse Agamemnon Priami gerens exuvias. Venere fata: haurit trementi dextra latus adulter, nec penitus ferrum adigit: stupet vulnere in medio; sed armat bipenni manum suam Tyndaris, et hùc illùc impiam librat. peractum est; pendet exigua parte malè amputatum caput. Aegisthus examinem petit, lacerat que corpus, adjuvante Clytemnestra. Utrque tanto scelere generi respondet suo; hic est Thyeste natus, haec Helenae soror.

Développement 1 Maxima res agitur, longos ultura dolores
19. funeraque Hectoridum denos cumulata per annos.
Sanguineam spirant aedes. Jam, Troja, resurge;
Fracta resurge animis, Cassandra, atque abjue fletus
5 provida mens nunquam, neque pectoris hospes Apollo
Luminibus tam clara dedit dignoscere nostris;
Intersum, visisque fruor. Regalia fervent

Atria magnifico luxu, dapibusque peractis:
Qualia fatali convivia nocte supremum
Gaudebant celebrare Phryges, jam morte sub ipsa.
Vestibus Iliacis ostroque cubilia fulgent.
Ipse jacet, regis Priami gestamine cinctus
Atrides, capitoque fera se protulit auro.
Injecere manum Doreae. furtivus adulter
Occupat incautum somnis, dextraque trementi
Nudum respiciens hausit latus. obstupet olli
Sed male certa manus, cupita perterrita caede;
Non adigit ferrum, medioque in vulnere languens,
Sese attollentis non pertulit ora tyranni.
Ceu lupus ingentem si molle quiescere taurum
Viderit, illapsus tacito per somnia gressu,
Ore apprensatum subitus tenet, ac premit ungue:
At quatiente fera defixos corpore morsus,
Horret, et ignavi torpent ad vulnera dentes.
Sed subit hortatrix sceleris, dextraque bipennem
Tyndaris arreptam librans per colla, per artus,
Crebra ferit, saevitque furens sine more: peractum est:
Excutitur cervix; malae premiere cruentae;
Spargue humeros pendet, ferro trepidante recisum,
Exiguâ de parte caput. tum fortis adulter
Examinum petit, et certat lacerare jacentem.
Adjuvat illa, viro nondum satiata perempto.
Ambo suam referunt animo non impare gentem:

34 quippè Helenae soror illa fuit, genus ille Thyestae. 749.

Mr. Vérien

La gageure. narration.

20 matière. forte quidam Garumnae pator propter natale flumen ibat strigosi terga premens caballi. Sequebatur eamdem viam trossulus equo nobiliore vectus, auratis phaleris conspicuo.

hic ad alterius aspectum cachinnari, rogare uti descenderet, jumentumque suum propriis ipse humeris exiperet gestaturus.

After autem refutare calumniam, et pignore contendere suum caballum majora quam quae trossuli sonipes tentare posset, executurum esse.

Centum ergo nummis utrinque depositis, prior equum suum ad ripas admovet, subitoque impulsu praecipitem in undas detrudit.

Tum asinulum jocans hortatur ut simile equi sui specimen edere velit. ille autem maluit, pignore amisso, pretiosum caput servare.

Développement 1 forte Garumnensis non splendidus accola ripae
20 propter aquas patrias, et non ignobile flumen,
Ibat dura premens exilis terga caballi.
Trossulus interea cursu carpebat eamdem
5 quadrupedante viam; sonipes quem ponè vehebat
nobilior, phaleris que fera fulgebat et auro.
Ille prioris equi gressum, magna ossa, senectam
primum non tenuit quin sperneret; indè cachinnos

Ingeminans: « Istam cur pondere, sessor, iniquo
Exanimas pecudem, proprium cui subdere dorsum
Debueras? tibi sit, quaeso, miserabilis illa,
Mutenturque vices. » Sapiens cui Vasco: « Locosa
Mitte loqui; sonipes, fateor, tibi bellus habetur;
Sed sua cuique placent. quum fastidire videris,
Forte tuo noster faciet majora caballus.
At ea verborum ne gloria vana putetur,
Experiamur equos, ni res tibi displicet: aude
Centum de loculis mecum deponere nummos,
Certamen lucro stimulans. » cui trossulus: « esto,
Subridens ait, et nummi numerantur utrinque »
huic visum est illinc numerata pecunia monstrum.
Nec mora, desiliens praeruptis admovet oris
Compedem, averso dextrum latus applicat alter,
Et subitò impulsu rapidas deturbat in undas
Praecipitem. at socio, perculsa mente, silenti,
Spectantique ferum, biberet dum perditus amnem:
« Sua, age; nostra vides; licet experiare vicissim:
« hoc facit illa tuus? » Paria argumenta negavit
Alterius possessor equi, timidusque Garumnae,
Haud vilem amisso servavit pignore vitam. 179

Mr. Vérien

Le dévouement filial

---

21. Matière. Tabe lenta consumptus senex, jacebat in lecto, jam

Certè morituros. nihil valuerant ad curationem medicae artes.
Una salutis spes superesse ferebatur, si quis lethiferum virus
labris admotis exsugere properaret.

Filia illi fuit unica, facie quidem formosissimâ virgo,
sed moribus longè probatior. Saepè patrem blande oravit
ut pateretur ipsam praescriptum remedium sibi admovere:
genitor verò opem usque recusavit.

Dolum igitur virgo meditata, nocte quadam, dùm somno
jaceret aeger, accedit ad dormientis torum, paterno lateri
labra applicat, exprimitque virus, et ovans successu piae
fraudis recedit.

Quum dies illuxisset, sensit se refectum senior. filiae
autem aspectu, quotidianam salutem afferentis, beneficium
quod illa praestiterat intellexit.

Brevi oratione incusabit nimiam natae pietatem, Deosque orabit, ne
patiantur &c.

Subjicietur Deos legitimis precibus motos annuisse rogantì; puellam
vixisse in exemplum, et mutuo datae ac redditae vitae beneficio, inter
utrosque caritatem vehementius spiravisse.

Développement 1 Consumptus morbo senior, data praeda dolori,
21. Lentam infelix pascebat corpore pestem,
Et sibi damnatus, propiori morte jacebat.
Nulla reperta fuit notas medicina per artes,
5 Morbus enim superabat opem. Spes una salutis
Esse ferebatur, si quis properaret edacem

admotis lateri labris exsugere pestem,
Inque suum corpus traduceret ipse periclum.
Illi nata fuit, genitori sola voluptas,
Sola domus, facie virgo licet optima, formam
longè animo superans. quoties, affusa paternos
antè pedes, aegrum lacrymis et voce rogavit
vt sibi supremum mortis tentare daretur
auxilium, et praestare sui quod muneris esset!
Dulce vovere caput proprioque opponere fato
horrescit genitor, nec tanti sustinet emptas
Lucis habere moras tristemque extendere vitam.
Ergò alias meditata vias fraudemque, puella
vicit vt ille suo fieret sine crimine salvus.
Nox erat, et somnos aeger carpebat, acerbi
Intervalla mali; tunc corde micante jacentis
nata petit suspensa torum; tunc molle paterno
applicat os lateri leviter jussamque medelam,
Virgineisque malum trahit exitiale labellis.
Inde novas senior vires animamque recepit
Inscius; illa silens retro vestigia flectit,
Laeta animo reputans, facti pro munere, factum,
Et mortem exspectat, servati conscia patris.
Jam rediviva dies sopito illuxerat, almo
Sole rigans oculos; miratus et ille renatas
Et membris vires, et pectore gaudia, lucem
Aspiciebat ovans. adstabat filia luto

Matutina patris. quum posceret oscula fronte,
quum daret assuetam tremebunda voce salutem,
non pia fraus animum fugit senioris, opemque
sensit et auctorem: hunc caras pronus in ulnas:
« O tibi crudelis, mihi sed crudelior! inquit,
« Ergò tuam cogis me, filia, vivere vitam!
« quid merui infelix? te, dilectissima, solum
« te pignus misero servabant numina patri.
« te praesente, mihi lethi non dura fuisset
« conditio. heu pietas! si te, florentibus annis,
« nostras ferre vices, nostrâ sic sorte potiri!
« at vos, si qua movet tantae virtutis imago,
« reddite seu natam, superi, seu reddite mortem.
Vota Deos et legitimae letigere querelae:
vixit in exemplum salvo genitore puella.
Indè parens natae dilectior, inde parenti
nata fuit, si quidem geminatum striuxit amorem;
gratia par, illine accepta, hinc reddita vita. M. Vérien. 829

Concours de gram. 1832. Nocuit quibusdam abstrusa nimis rerum abditarum investigatio.

---

22. Matière. quadam in valle sub alpibus jacente rusticus felicem vitam agebat. Monte decurrens hortum fecundabat rivulus. Naiadem quae suas illi aquas largiebatur, diu placidus adoravit agricola, si quid ultra esset quaerere fugiens. Tandem eum invasit cupido noscendi quo locorum urnam occultaret inexhaustam. ne via deerraret, sequitur

primo sinuosos adversi rivuli flexus, sensimque ad montis cacumen progreditur. prout ille enititur altius, nova rerum facies apparet; arva, saltus vastaque maria prospectat. animo in laetitiam effuso, sperat se brevi ad eas sedes perventurum, undè terrarum fatis Dii invigilant. at, iter emensus arduum, ad horrendam glaciei struem devenit; evanuit ex oculis humile tectum, benignaque Naias; nihil praeter nebulas, torrentesque per abrupta montium ruentes, circumspicit.

Développement. 22.

Sunt quibus abstrusas rerum perquirere causas
Discendi nimius non benè suasit amor
Irata est natura suas penetrantibus artes,
quodque latebat, idem cernere, poena fuit.

Alpinis sub verticibus secreta jacebat
Vallis, ubi obscurum traduere rusticus aevum
gaudebat, patrii non mobilis accola montis.
olli jugis aquae non amplum rivulus hortum,
munera decurrens nymphae fluvialis olebat;
quam sibi fundentem latices gratissimus ille
Et donis et mente colens, agrestibus aris
Primitias frugesque, pium imponebat honorem.
Sed causam undarum fugiens penetrare latentem,
Pomiferum nunquam votis excesserat hortum.
Impulit hunc tandem, tacito sub pectore gliscens,
Scrutari ambitio Nais quo fonte liquorem
Duceret haud ullâ sibi tempestate negatum.

Ergo iter aggreditur fluvialis rusticus urnae
quaesitor, spem corde fovens, coeptisque superbus.
Ipsum forte viae me falleret error euntem,
adversis relegit revirentem flexibus undam,
perque sinus varios ad summa cacumina sensim
progreditur. Simul ac montis latera ardua lento
ascensu superat, sitque altior inde relictis
vallibus, en rerum facies nova panditur: arva
apparent immensa oculis, subjectaque longo
prospectu nemora, et medio radiantia sole
stagna maris, magnae spectacula maxima terrae,
Nundum visa priùs, vel mente agitata colono.
Debueras placuisse tibi: quin, stulte, retorques
Inde viam? non illa satis; majoraque nescit
non cupere, accensus prospicioris imagine coeli,
Sidereaeque domus; visu petit impius arces
Unde regunt Superi terras, humanaque fata
Respiciunt, tractantque sui moderamina mundi.
Jamque inhians animo divum penetralia tangit.
Sed praeceps emensus iter plenumque laboris,
Devenit ad glaciem, niveis quam tempore longo
Concretam aggeribus coelestia frigora servant,
horrida quae moles atris se nubibus infert.
Nunc ubi molle solum, tepidaeque umbracula vallis!
Nunc ubi sunt parvique lares, et lympha benignae
Naidis, et lenes querulo de fonte susurri?

Nil praeter gelidas, montis capita aspera, rupes
tristibus ille oculis circumspicit; undique passim
undarum fremitus, et quae volvuntur ab alto
flumina in abruptum, bacchantesque aethere ventos,
atque cavernosis tot murmura reddita saxis. 877.

M^r. Vérien.

Songe de Cicéron.

---

23. Matière. Pulsus patriâ Cicero ibat in exsilium, Siculique maris littora petebat navem conscensurus. Ecce, dum corpus fessum somno recreat, Minerva, cujus imaginem in Capitolio proficiscens posuerat, illi somnium misit.

Ipse sibi videtur procul Italicis oris, loca per deserta, errare solus. Errante obvius adest Marius, cum fascibus laureatis, qualis erat quum Jugurthae aut Cimbrorum victor rediret. quid tu, inquit, Tulli, moesto vultu Italiam linquis? quae tibi causa doloris? — «O patria, retulit Cicero, ingrata nimium patria!» nec plura potuit dicere. at illi dextram protendens Marius: «desine queri, nec pauciorum culpam in patriam rejicias. Ego quoque ingratos cives expertus sum, ego quoque in exsilium ire coactus. Reditus meus, fateor, crudelis fuit: tuus verò et patriae felix et tibi gloriosus, speciosissimoque triumpho clarior futurus est. Paucos post menses, in illo Honoris templo quem ipse divavi, te egregium exsulem Senatus revocabit.

Développement. 23.

Ibat in exsilium, patriis fugitivus ab oris
Tullius, et Siculi carpebat littora ponti
Navem ascensurus. Late maris aequora mesto
Spectantem intuitu Romae torquebat imago,
Et popularis amor, tot meritis rapta laborum,
Et sua laus illo forsan peritura sub ictu.
Tales sollicito versat dum pectore curas,
Vixque trahens animi sanguentia vulnere membra,
Solvitur in dulces, luctus oblivia, somnos.
Cum species oblata oculis, donante Minervâ,
Cujus Carpeiis, patrias dum linqueret aras,
Aedibus effigiem sacraverat ipse; futurum
Romae palladium. Sibi per deserta videtur
Errare Italicis latè maestissimus oris,
Exsilioque recens: erranti ostenditur augens
Arpini umbra duris; Marium referebat imago,
Qualis erat consul lauris et fasce superbus,
Quum traheret victum romana per ora Jugurtham,
Teutonicos ve ageret, geminatâ laude, triumphos.
Incipit ipse prior: « quid tu, carissime Tulli,
« Deseris Italiam, sic incomitatus, acerbo
« cum gemitu, lacrymis humentia lumina torques?
Dixerat. hic autem renovato saevius ictu:
« ô patria, exclamat, meritorum oblita meorum!
O patria »! et gemitu vox interrupta frequenti
haesit. at ille, manum populari tendere visus;

« Desine ploratus : non hanc tibi, dixit, amice,
« Suscitat aerumnam Romae culpata voluntas ;
« Neve ubi paucorum saevit dementia, crimen
« hoc gentile putes : mihi non clementior olim
« Turba fuit, nec tot meritis defensus in Urbe,
« Ingratum sensi exsilium vulgique furores.
« Ast equidem fateor, non faustis redditus illi
« Auspiciis, habui multorum caede cruentos
« in patriam reditus : te nullis moribus empte,
« fortunâ meliore, manent ; et laeta recepto,
« Italiae portatum humeris te Roma videbit.
« Plaude fugae potius, tanto spectande triumpho,
« quo longè inferior felicis laurea belli ;
« Plaude fugae : paucis post mensibus, omnis in aede
« Quam statui, sanctum referentem nomen Honoris,
« te tua communi revocabit curia voto,
« Egregiusque suis reddetur civibus exul.

Christophe Colomb découvre l'Amérique

Matière. Tertia dies aderat ; nihilque apparet adhuc nisi ignoti Coeli, ignoti maris immensa latitudo. Impatiens morae, terraeque cupidine capta, fremit Hispana juventus, et mare incusat, ventosque cessantes, ducisque perfidiam ; debitumque orbem pertinaciter ab illo reposcit. at ille securus et placidus ultrà jacentem orbem porrectâ dextrâ ostentat.

Ecce autem ab alto malo speculator inclamat: « Terram! Terram! » ingeminant omnes.

Et jam assuetae ripis volucres classem circumvolitare coeperunt, novos hospites visae salutare canta. prosequitur classem ventus adspirans. mox in lumine manifesto rerum orbis apparet, mox puppe tangitur.

primus Columbus in oram emicat, et crucem solo figit. Emicant ceteri celeres, flexisque poplitibus Deum et Columbum venerantur.

Développement. 21.

Tertia lux aderat, concessique ultima meta
temporis; et nullum surgebat ab aequore tellus:
Sed quâ prospiciunt, immensi apparet imago
Una eademque maris, spatium immutabile, caelo
undique contiguum, visusque absumitur undis.
Tunc fremere indignans pubes hispana, carentis
fine viae impatiens, terraeque cupidine capta
ventorum immusare moras, pelagique labores,
perfidiamque ducis: « Jam nos satis iste fefellit;
« Jam satis ignoto nos traxit in aequore; tandem
« verba fidem praestent; adsit quo tendimus ora;
« terram ostende tuam, si qua est; retrove, negatâ,
« flecte viam; nobis natalia littora redde. »

Talia jactabant, atque his graviora: querelis
accessêre minae. Vultu imperterritus heros,
ut pelagi, tumidas hominum sic sustinet iras;

transmittitque oculis fluctus, utraque jacentem
ostendit dextrâ, quem senſit pectore, mundum.
Quum subitò: « Terram! malo speculator ab alto
Inclamat: — terram?! ingeminat ter nautica pubes;
Ingeminat pontus, fremitugue incenditur aether.

Qualis purpureâ rumpit sol lampade noctem,
Et cœlum rapit exoriens, tenebrisque solutis.
Humanam agnoscunt mortalia lumina sedem:
Haud seriùs auditum penetravit pectora terrae
Nomen, et irarum discussâ nube, Columbum
Agnovere sui. nec jam dubitabilis ora
prospicitur. Classem volucrum circumvolat agmen
Quae ripas celebrare solent, nec longius alis
credere, prima novi novitas et pignora mundi.
Ludere pars naves inter, rapidoque volatu
lambere summum aequor, tantis non territa monstris;
Mox littus repetens varios innectere gyros,
Et dua esse viae; pars ipsi insidere malo,
visa salutatas cantu invitare carinas.
Euris vela tument, adspirat euntibus aether.
Mox inventa patet manifesto in lumine tellus,
Silvasque ostendit, viridantia culmina; classi
Vicinis veniunt imbutae floribus auraе;
alter et alterius miranda conspicit orbis.
Appulsa est ubi cymba plagae, dux emicat, ensem
ipse crucemque gerens, et flexo poplite, sacra

figit ligna solo, potiturque hoc littore primus,
Dotali, tibi, Christe, tibi, patria altera, regno.
Exsiliunt socii; genibus prostrata datorem
orbis turba Deum grato veneratur honore;
Magnanimum simili veneratur honore Columbum. 966.

M.r Vérien.

Concours de gram. 1838

Le désir.

---

25. Matière. Utinam ex hac valle mihi exire liceret, cui semper incubat crassus aer et frigida caligo! utinam in illos evadere colles, quos hinc prospicio, amenos, apricos, perpetuo gramine virentes! ô superi, cur mihi pennas non dedistis, quibus in apricos avolem colles? Ibi ver ridet aeternum; indè avium laeti concentus ad meas usquè aures deferuntur; indè per purum aera diffunduntur mirae suavitatis odores. O quam jucundum est ibi vitam degere, ubi soles meliùs nitent, nec aspera saevit hyems! Ibo, non longa via est, ibo et in apricos ascendam colles. Sed quid ego infelix? an mente excidit amnem obstare immensum, profundum, magno impete ruentem? Eo tamen; et ecce mihi navis improvisa, velis instructa, jamjam iter fracturae similes. Sed rector abest, qui imperitum navigandi transvehat.

Quid tu, homo intempestivae prudentiae, stupes attonitus in ripa? En tibi navigium Dii misere; an exspectas donec ipsi de caelo descendant ad gubernacula sessuri? magnis conatibus magna praemia quaeruntur. plurimis audere profuit; nulli timuisse.

Développement 25.

O mihi si liceat super hanc emergere vallem
Ingratosque locos, crassus queis incubat aer
atque horrens gelidâ semper caligine coelum!
O utinam apricos detur conscendere colles,
ad quos nempè mihi patet hinc prospectus, ameni
quorum apices rident oculis, atque aethera pingunt
caeruleum, nullâ non tempestate virentes!
Cur mihi mobilium non est concessa potestas
pennarum, o superi, queis auxiliantibus indè
avolet hoc corpus, collesque invisat amatos?
Regnat ibi veris non intermissa voluptas,
Inviolata dies nimbis, et floriser annus.
hinc ad me liquidae, volucrum modulamina, voces;
hinc animae, velut ros matutinus, olentes
florum animae veniunt, et puras quidquid ad auras
Spirat humo ambrosium. quam dulce est tempora vitae
his agitare locis, quae sol meliore serenat
luce nitens, hiemis rigidaeque inmunia brumae!
Ibo, brevis via porrigitur, parvique laboris;
Ibo, juvat patulos jamdudum ascendere colles.
Sed quid ego infelix? mihi non sub mente recurrit
Esse inter liquidos obices, volvique profundum
Decursu rapido et spatiis immanibus amnem?
Nil tamen unda; viam ingredior. Ne prospera desint
auspicia, en subito ratis opportuna tuenti,
armis apta suis, velisque patentibus, adstat;

Jamque profecturae similis, se mobilis altis
Librat in aequoribus. Sed abest tutela magistri,
quo duce, fluctivagam moderari nescius alnum,
Trajiciat. Quid, vane, times? quid vota recantas,
non bene, mortalis, nec justo tempore, prudens?
Quid lustrans oculis liquida intervalla, paventes
Indè refers vultus, pallensque in littore torpes?
En tibi praesentem superi misêre carinam:
Spectabis-ne etiam descendere donec ab arce
Dignentur tibi siderea, clavoque volentes
Assideant, facilemque viam dent ferre per undas?
Magna petis, magno veniant tibi parta labore:
Haud aliter coelo visum est; speretque secundos
nemo Deos, propriis trepidus qui defuit ausis.
Vix illos numeres sua quos audacia in altum
Extulit impavidos; qui, grandia coepta secuti,
Injecere manum fortunae: imbellia nunquam
Juvit corda timor, nunquam provexit inertes. 1010.

Mr. Vérien

26. Matière.

Un soir que de jeunes voyageurs s'étaient arrêtés à l'orient de Catane, pour contempler les derniers feux du Soleil, qui, près de s'éteindre, coloraient d'une lumière rougeatre la cime enfumée de l'Etna, et semblaient répéter dans les flots l'incendie du Volcan, la vue d'un vaisseau s'avançant vers la côte à force de rames frappa leurs regards. La voile latine demi-pliée

autour du mat, la croix qui la surmonte; tout annonce un navire chrétien. il approche, il aborde; et, tandis que les esclaves turcs enchaînés sur le banc des rameurs laissaient voir, au milieu de leur misère, une joie insultante et farouche, des hommes d'un maintien noble, mais abattu, des vieillards gemissants paraissent sur le tillac, et saluent avec des cris de douleur la rive prochaine. ils descendent; et, tombant à genoux, rendent grâce à Dieu qui les a sauvés. Du navire sortent des enfants, des blessés, des femmes couvertes de longues robes blanches, le visage caché sous un voile, étouffant par pudeur même le désespoir, ces femmes, immobiles sur le rivage, semblaient, à la beauté de leur taille, des statues antiques.

Un homme qui, par la majesté de ses traits, semblait commander aux autres, élève la voix: « nous fuyons de Constantinople, dit-il, nos pères sont morts ou captifs; l'Empereur est tué; le temple de Ste Sophie est souillé par Mahomet: et nous venons chercher un asyle dans cette Europe chrétienne qui n'a pas voulu nous secourir.

Villemain. Lascaris I/. —

Traduction. 26.

1 Vesper erat; juvenumque manus peregrina, Sicanis
Littoribus Catinae, partes quà Syrtat Eoas,
Constiterat, supremae obitum visura diei,
Quum sol flammivomi fumosa cacumina montis
5 ignibus occiduis, et Tuscum tingeret aequor,
purpureo referens Aetnea incendia ponto.
En ratis ex alto veniens apparuit. acta
Remigio, Siculas cursu properabat ad oras.

Carbasa malorum cui semireducta, latinum
in morem, signumque crucis quae vertice summo
aurea fulgebat, vectos testantur adesse
Christicolas. portu propior jam facta, potitur;
Dumque hinc, serviles animae, per transtra revincti
laetitiam Turcae miratâ feritate protervam,
quamvis sorte gravi, spirant, dirumque triumphum:
Indè viri augustâ facie, sed mesta tuentes,
Et gemebunda senum apparent spectantibus ora,
Telluremque datam fletu et clamore salutant.
Ut tetigêre plagam, pretium pia vota salutis,
Flexi genua, Deo solvunt. tum navis ab imâ
parte subit vulgus puerorum, et saucia ferro
corpora; femineus longo subit ordine sexus.
Vestibus albentes, frontem velamine tectae,
Dum pudor ingentem vetat ore exire dolorem,
obtutuque tenent oculos in littore matres,
(formae tantus honos!) veterî de marmore signa
Stare videbantur. tunc majestate verendus
antè alios, principisque habitu, sic incipit, altâ
voce loquens: "patriam fugimus, Byzantia Graiî
"mœnia; quot fuerant vis abstulit hostica nostros
"servitiove premit fratres; cecidítque cruento
"Caesareum esse caput; Sophiae venerabile templum
"barbarico incestat cultu Mahumetus; et illam
"Christicadum Europam, nostris quae dura periclis

354. Defuit, hospitium profugi vitamque rogamus. »

1025

Mr. Vérien.

Melissus in apem mutatus.

---

27. Matière. Dum legit varios flores Melissus per prata, forte spina latens rosam carpentis tenellam manum vulnerat. Exeunt sanguinis guttae; quibus puer aspectis, metu perculsus, exclamat.

Juxtà vallis erat cum nemore et fluvio. Respondet Echo Melissi questibus. Obstupet ille, et circumspicit, joculatorem adesse ratus; sed frustrà quaesito maledixit. Maledicta remittit vox altera. ridet ille: indè ridetur. indignatur puer: indignatur et Echo. furit Melissus, tenditque ad Silvam, quo propior fit, hac vehementiùs repercussa resonat imago vocis. pervenit ad fluvium; nullus ibi hostis deprehenditur. quem putans latitare, inclinat in undas corpus visendi studio: sed fallente vestigio, decidit, fluvioque mergitur.

Motus miseratione Jupiter hunc in apem mutavit, brevioris vitae solatium hoc munere rependens. Undè inter flores et juxtà lacus voluris illa solet habitare.

Développement 1 Dum carpit violas per mollia prata Melissus
27. purpureisque legit, lilia mixta rosis,
quae superis pia dona ferent, matrique voluptas,
attigit heu! teneram spinula forte manum;
2 Simul exiguo recens de vulnere sanguis,
quo puer aspecto pallidus obstupuit;

Sublatāque manu, querulis clamoribus auras
perculit, et matris nomen oremque vocat.
Juxtà vallis erat, gemino contermina colle;
Et fluvium et silvas antraque vallis habet.
Indè igitur missas quum reddidit aemula voces
flebilibus lacrymas vix imitata modis,
Circum oculos flexit stupefacta mente Melissus,
hos ratus esse jocos; sed joculator abest.
At, malè perdatur, qui sic latet, improbus!" inquit;
Clamantique locus rettulit ipse: "latet."
Ore cachinnanti risit puer: altera risum
usque tenas veris reddit imaginibus.
tum fremere indignans noster, rabidusque minari:
haec fremit indignans, atque minatur item.
tunc vocem reperire furens, clamore latebras
silvarum et cursu praecipitante petit.
quantò sit propior, tanto vehementius Echo
responsat paribus, non tacitura, sonis.
Vocàle interèà dum fervet utrinque duellum,
venerat ad flumen, nullus et hostis erat.
quem latitare putans, inclinat corpus in undas,
Exploratque avidis intima luminibus:
Sed fallente gradus humentis margine ripae,
Deidit. infelix o! ubi mater abes?
En miserabiliter rapitur tibi gurgite natus,
atque animà fluitat corpus inane suà.

Jam non ille tuus per prata virentia ludet
floriferas carpens, flosculus alter, opes.
fallor: idem studium, mutato corpore, servat;
Juppiter hunc fecit commiseratus apem:
"Hæc fuerit merces brevis tibi vita, Melisse;
Rura tenebis, ait, mellis et auctor eris."
Ergo, memor florum, jussas habet incola sedes,
Sedulaque suum murmure fingit opus.
Quin celebrare juvat vicina paludibus arva,
Libantem aligera mobilitate lacus./. 1087.

M^r. Vérien.

Le pélerin.

---

28. Matière

Oh! ouvrez la porte, ouvrez par pitié; la bise souffle avec violence, la neige tombe par flocons et couvre toute la plaine; il est difficile de trouver le sentier.

Je ne suis point un vagabond qui frappe à la porte du château pour y chercher un refuge après avoir chassé le daim du Roi; mais un vagabond lui même, dans une nuit pareille aurait quelques droits à la compassion. Je suis un pélerin fatigué, affaibli par de longs voyages; je erre au loin pour faire pénitence de mes péchés. oh! ouvrez pour l'amour de Nôtre-Dame, obtenez la bénédiction du pélerin.

J'apporte des indulgences de Rome et de saintes reliques. ah! si ce n'est assez pour vous décider à m'ouvrir, ouvrez du moins par charité. Le lièvre est tapis dans son gîte, le cerf est à côté de la biche; et moi,

pauvre vieillard, exposé à l'orage, je ne puis trouver aucun asyle.

Vous entendez le mugissement sourd de l'Ettrick ; son cours est grossi par les pluies ; je serai forcé de traverser à gué les sombres flots de l'Ettrick, si vous n'avez pitié de moi.

Elle reste fermée, la porte de fer à laquelle je frappe. Le cœur du châtelain est encore plus inaccessible, puisqu'il peut entendre sans en être ému mes douloureuses plaintes.

Adieu ! adieu ! puisse la Vierge Marie, quand vous serez chargé d'ans et infirme, vous faire la grâce de ne point avoir besoin de l'asile que vous me refusez !

Le maître du château, mollement étendu dans sa couche, dédaigne son humble requête ; mais souvent, au milieu des orages de décembre, il entendra de nouveau cette voix plaintive :

Car lorsque l'aurore brilla sur l'onde de l'Ettrick à travers les vapeurs, elle découvrit un cadavre sans vie parmi les buissons de la rive ; c'était celui du pélerin.

Walter Scot - Mélanges poétiques - Trad^on de Defauconpret.

---

traduction 28.

1 Jam nox alta premit terras, et miscuit umbris
Omnia ; turbinibus nix glomerata ruit ;
Unda gravat vestes, horrent mihi frigore membra ;
Per tenebras gressu vix titubante feror.
5 O quicumque tenes castelli nobilis arcem,
Pande Deni portam, te rogat hospitium.
Non vagor erranti similis pœnamve timenti,
Lege reus Vetitas exagitasse feras ;

Causa mea est melior: quanquam, tuus hospes haberi
Si roget, ipse nocens et mereatur opem.
Longâ aetate gravis, fessusque labore viarum
Molior, impositum sponte piamen, iter.
Lustravi pedibus sacra quos vestigia Christi
Antiquâ signant religione locos.
Portam pande, precor; nomen te dulce Mariae,
Grata pii moveant te quoque verba Senis.
Nempè fero venias quibus omnis culpa nefasque
Eluitur, latii munera pontificis.
Quarum nulla tibi fuerit si cura, rigenti
Saltem animo miseraus, da, precor, hospitium.
Nunc sua silva feris nocturna cubilia praebet,
Hisque Deus tectis omnibus esse dedit;
Nunc placidum carpit cum conjuge cerva soporem,
Conditus et latebris nunc lepus ipse jacet:
At mihi nulla patet sedes inopisque senectae,
Vel gelido brumae tempore, perfugium.
Audis ut horrendum stridens immurmuret amnis,
Ac volvat rapidas, imbribus auctus, aquas.
Hunc tentare tamen, si non prece flecteris ullâ,
Incertamque vadi cogar inire viam.
Ferrea porta silet; sed ferro durior ipso
Mens tua, quem planctus non tetigêre mei.
Jamque vale! ast utinam grandi ne debilis aevo
Hospitium rogites quod mihi, dure, negas!

Castelli interea felix possessor in ostro
fundetur, et tepidum membra cubile fovet.
Quem vox mœsta, procul querebundo murmure versans,
allicit ad somnum, seu lyra dulce canens.
At non ille semel, reducis quum bruma decembris
saevit, has Boreâ depopulata plagas,
Stridentes inter ventos gemitusque procellae,
hunc miseri gemitum sentiet attonitus:
nam quum tinxit aquas surgens aurora, jacentem
cœlo ostenderunt glauca salicta senem. 1131

Mr Vérien.

De morte Abelis

---

29 matière. Juxtâ corpus nati exanimis procubuerant genibus primi parentes, horrore defixi. vident membra exanimata, vultum miris pallentem modis, oculos nunquam lucem hausuros; vident mortem non antè visam. frustrà frigentes artus contrectant, caput sublevant languidum, corpus premendo fovent; mors prima laeta scelere, primam praedam rapuit non remissura.

Développements 29. Infando pastor vitam exhalaverat ictu
Fraternae reus invidiae; data victima letho
prima pius juvenis proprias fudaverat aras.
Collapsi exanimum juxtà rigidumque cadaver,
humanae sobolis, miseri sine more, parentes
procubuêre solo: pariter defixerat ambos

hinc Stupor aspectu tunc primum sanguinis, indè
voce carens lacrymisque dolor. terroribus addit
Quod timeant non nôsse malum. nam membra jacentis
Nunc immota, genas tristi squalore cruentas,
Deformata vident miris pallentibus ora;
Ad lucem quos aetherea natura creârat,
Dilectos genitrici oculos, terrisque Deoque
Dulce arridentes, nunc alta nocte gravatos,
Jam non hausuros radiantis lumina coeli:
Quod nunquam vidêre, vident; illata recentem
Mors habitat mundum: quid vos miserabile nati
Corpus, utergue parens, complexu animâque foventes
Contrectare juvat; quid, culpae conscia conjux
Flebilior que viro, maternis fletibus imples
ora tui juvenis; quid, languida colla levando,
Sollicitas pulchro absentem de pectore vitam?
Fallere nec matrem poteris, nec fallere mortem:
Illa feros gaudet scelus induxisse beatis
terrarum hospitibus, nec praedam victa remittet
Lethi primitias, et debita corpora fato. Mr Sérien 1157

Le Capitaine Négrier.

Matière. Solverat Africo de littore navis Hispana cui nomen
Leoni, servis onusta venalibus, quos in longinquas terras deportabat.
Jam medium iter homines emensi fuerant, jam avarus Auctor

praesumebat animo pretium venditionis, cum dira lues, nullâ arte
sanabilis, nigritatum oculos corripuit. furens Leo, nec motus
hominum miseriâ, morbo infectos in mare projici imperat.
grassatur contagio, nautasque ipsos invadit. nullus jam tota
in nave superest integer, qui possit errantem fluctibus et
ventis gubernare. frustrà Deum precibus fatigant Dux impius
et Socii.

At ne testis deesset celestis vindictae, vagantibus immenso in
aequore aliâ navis occurrit, quae, proculis ipsa fracta viaeque
labore, nihil auxilii praestitit. nulla posterius de Leone facta
mentio.

Concours des Lettres. 1831.

Developpement. 30

Solverat Hesperiae Libyco de littore puppis,
Cui domini nomen, solito de more, Leonis
inscriptum. servis venalibus ibat onusta
quos patriâ ereptos, exspectatamque colonis
praedam, America, tuas ventis portabat ad oras.
Longum iter emensi, medium jam penè tenebant
Oceanum, atque animo jam praecipiebat avarus
Ductor captivae pretium exsecrabile turbae.
non impunè quidem: servis immissa repentè
Dira lues passim spoliavit lumina visu,
Et vulgò incubuit nulla medicabilis arte.
quis furor indè Duci! non illum tangit acerba
sors hominum aucta malo; solum spes irrita pectus
vexat avaritiâ. ne res sibi tota periret,

Damnat aquis, ut quemque lues invaserat aegrum;
Nil lacrymae, nil verba valent, jussuque Leonis
tanquam corruptae mittantur in aequora merces.
  Interea rapido per cuncta corpora morbus
Serpere contactu, mox ipsum invadere nautam
paulatim, et cunctis extrema timentibus auctè
Crescere, cæcorum numero crescente, labores;
Conscia mens super his; nec longo tempore, nullum
Navis habet maneat cui luminis interger usus;
tum rectore carens, torpet captiva per aequor,
aut incerta viae; motis vaga fluctuat undis.
Versa mali facies, oratque orantibus asper, ×
Iste Dei spretor, promisso munere numen
In partem praedamque vocat. qua voce precari
Cœlicolas audes, hominum mercator? in illo
Ostendunt se supplicio; melinsque rogabis
Ut tibi pollutae sint ista piacula vitae!
  Ecce tamen medio strepitus de gurgite ponti
Audiri propior propiorque; tonantibus altè
Tormentis pelagus resonare, et plurima ferri
vox quasi nautarum transtris consurgitur; omnes
Aure bibunt avida sonitus et laeta salutis
Omina; navis erat, quae forte secabat eadem
forte viam. Simulacra virum pallentia, nautas,
Errantemque ratem vidit, stupuitque videndo.
Sed defessa mari, multis quoque fracta procellis,

× Voir le 46. vers.

Vnde minus praestaret opem, quam posceret ipsa,
Nil juvit miseros, potiusque admota novarum
testis poenarum, rabido clamore vocantes
praeterit... nulli posthac meminere Leonis....
45 Scit quae desertis fuerit sors ultima pontus..... fin -
46 Brachiaque ad coelum, quod non videt, irrita tollens. 1803

ce dernier vers doit être le 27e

Mr Vérien.

Adieux au Rhin. Lord Byron. Childe Harold ch. 3e trad. paulin Paris.

31. Matière. Adieu encore une fois! vain adieu! il n'en est point pour des lieux comme ceux que tes ondes arrosent. Ta rive reste empreinte de toutes tes couleurs; et si malgré eux les yeux se résignent à cesser de te contempler, Rhin séduisant! c'est avec un dernier regard de reconnaissance et d'admiration. Des lieux d'un charme plus puissant peuvent se rencontrer; on en peut voir de plus éblouissants: mais aucun ne réunit dans un site aussi enchanteur le brillant, le beau, le doux, — les gloires des anciens jours, le grand plein de simplicité, la fleur abondante d'une récolte prochaine, le vif éclat des blanches cités, le torrent qui tombe des rochers, la profondeur obscure des précipices, la féconde verdure des forêts, les châteaux gothiques apparaissant ça et là, des rochers sauvages taillés en forme de tours comme pour se moquer de l'art des hommes; et, au milieu de toutes ces beautés, des habitants dont les visages expriment autant de bonheur que la scène qui les entoure. Les dons fertiles de la nature embellissent éternellement tes bords, quoiqu'ils entendent autour d'eux la chûte des empires.

7°

Traduction 31.

Rhene, vale, antè alios longè mihi pulchrior amnes!
Si potis est quisquam viso valedicere Rheno:
Usque adeò impressus memori sub mente recursas!
Ut dulci intuitu gratos tua ripa moratur,
Atque recedentes, iterumque iterumque reflexis
Luminibus, non sponte tuas abscondimus undas!
Parte aliâ, fateor, possunt occurrere, quarum
Suavia majori subeant dulcedine sensus,
Grandia plus moveant animos spectacula, valles.
At cujus tam multa loci variatur imago?
Quum simul exhibeas quidquid natura venusti,
Quidquid habent sacri veterum monumenta virorum,
Idem simplicibus, mirum! sublimia miscens:
Hinc flavas auro segetes et divitis agri
Luxuriem; niveis passim radiantia muris
Oppida; continuos alto de monte fragores
Undarum, quae, praecipites per saxa, profundo
Gurgite sorbentur; stantes denso ordine silvas,
Horrentesque umbris; illinc castella vetustae
Artis opus, summisque jugis suspensa, laboris
Nostri in ludibrium, veras imitantibus arces.
Respondet fluvio populus, vultuque sereno
Felius quasi laeta refert spectacula ripae.
Dùm rabidis circum vicinia detonat armis,
Magnaque regna trahunt, bello quassata, ruinam,
Rhene, tuos servat pax incorrupta colonos.

M. Vérien 1829

Le Gladiateur mourant.

32. Je vois devant moi le gladiateur étendu sur l'arène; il repose sa tête sur sa main; son mâle regard consent à mourir, mais il déguise son agonie; sa tête s'affaisse graduellement: les dernières gouttes de son sang, qui sort lentement de sa rouge blessure, tombent épaisses et une à une; comme les premières gouttes d'une pluie d'orage. Mais déjà l'arène tournoie autour de lui: il succombe, avant qu'aient cessé les acclamations barbares qui applaudissent son misérable vainqueur.

Il les a entendues; mais il ne s'en est point ému: ses yeux étaient avec son cœur bien loin du cirque: il se souciait peu de la vie qu'il perdait sans gloire; mais où s'élevait sa hutte sauvage sur les rives du Danube, c'est là que se portait sa pensée, c'est là que ses jeunes enfants barbares se livraient aux jeux de leur âge; c'est là qu'était leur mère de la Dacie: lui, leur père, était égorgé pour une fête romaine! Expirera-t-il sans être vengé? levez-vous, peuples de Goths, et venez assouvir votre implacable fureur!

Lord Byron. Childe Harold, Ch. 4 (Trad. de Paulin (Paris).

Traduction 32.

1 Ecce mihi apparet fusus gladiator arenâ.
Laevam fessa premit cervix; nec fortia mortem
Lumina detectant, sed pressos continet intus
Nec sinit extremos vultu prodire dolores.
5 Labitur interea cervix resupina, fluitque
Sensim deficiens; tum, corporis ultima vita,

Cingit humum crudo lateris de vulnere sanguis,
Et largum stillat rorem, cui nimbus ab alto
Aethere dat grandes, imbris primordia, guttas.
Sed jam circà oculos vertigine fertur arenà;
Ipse cadit prius exanimis, quam dira quiescant
Murmura, et immiti cesset vox publica plausu
Conclamare tuum, victor miserande, triumphum.
Audiit, auditisque nihil dolet ille: jacentis
Pectora longe aberant, aberant et lumina circo,
Nec, sine laude cadens, vitam curabat ademptam.
Ast ubi surgebant Istri popularis ad undas
Parvae tecta domûs, hùc se mens rapta ferebat,
Hic animi errabant memores; his barbara campis
Ludebat soboles, puerili exercita cursu;
Hic et Daca parens tenera cum prole relicta:
Caesus at ipse dabat genitor spectacula Romae!
Totus in his moritur: sed enim morietur inultus?
Surgite Gothorum, corda implacata, catervae,
Surgite; bella fremens Latias ruat Ister in urbes,
Expleat et memores Germani sanguinis iras! 1255

M. Vérien.

---

1. Ménandre préfère sa patrie à la cour des rois.

33e Matière. Menander ille, comici socci princeps, fama regiones latè
compleverat; tantoque atticae scenae honori populi regesque invidebant.
Ergo magnifico classis apparatu, poetam rex Aegypti rexque Macedoniae

per legatos ad se vocant. at ille patriae posthabuit regiam
fortunam: « haec cœli clementia, respondit, haec libertatis
aura vividior; hic carminum amantissimi populi sagax
plausus, si quid in me ingenii est, excitavit alitque; iidem
semper sunto nostrae fautores arbitriique musae. litterarum
artisque conscientia mihi tyrannorum fastu potior. ubi
vixi non inglorius, ibidem moriar. utinam mea ossa juxtà
Sophoclis tumulum quiescant. »

Développement 33.

Ille novi vates socii lepidissimus auctor,
Innocuo doctus mores destringere risu,
et nimios arcere sales, per Graia Menander
ingenia florebat; nec erat longissima tellus
quo non fama viri nomen laudesque tulisset.
Barbaries ubicumque aberat, ges attica, vatis
mater, habebatur populis mirantibus una
antè alias felix; nec solos movit, Athenae,
vester honos populos: ipsi invidere tyranni.
Cur Piraea fremunt? cur densum in littore vulgus
auratas inhiat puppes, rumore secundo
nautarum pictis subeuntes ostia velis?
classis adest, pharioque à principe dona poetae
ambitiosa ferens, et verba precantia jussos
fundere legatos, tantum captare clientem
si valeant, mutetque lares suadere Canopo;
Cecropium pariter classis tenet altera littus,

Altera Pellaei fert aemula munera regis.
Ast illum nec regiae opes vicere, nec aurum;
Omnia posthabuit patriae: « haec clementior, inquit,
Coeli temperies, quae carmina vatibus afflat;
haec libertatis quae nos circumfluit aura
vividior, populi quae sagaa per pulpita plausus,
alter apollineae quo non studiosior artis,
Gentilesque sinu me primum aluêre Camenae,
haec fecêre animos; his, si qua putatur inesse
vena mihi, lepidique sales, è fontibus hausi.
Ah! semper maneat nostrae sit arbiter idem,
Vt fautor musae populus! procul ite, superbi,
Ste, tyrannorum fastus, et nobilis aulae
Praemia! mens potior studiorum conscia et artis;
Musa mihi vita est. Vbi non inglorius annos
Traduxi, usque tuum, dulcissima mater, ibidem
Certum est velle mori, cecini quibus prima, canentem
his etiam suprema. Vtinam post fata Menandri
Ossa Sophocleo jaceant propiora cothurno,
Nec nulla obtineam tantae consortia famae! 1292

M. Vérien.

Concours de Gram. 1840. Pensées du Jeune Fénélon rêvant à une mission apostolique dans les contrées de l'Orient ou règne le Mahométisme

---

34 Matière. Ecce mihi jam Graecia patet, barbaricae fugiunt cohortes, liberamque Peloponnesum relinquunt. Exsurgunt è ruderibus veri

templa Dei, et reddita christo Corinthus ad vocem Apostoli denuò
Concurrit. Jam inter ruinas Athenarum mihi videor ambulare;
Martis collem inviso, ubi humanae sapientiae doctoribus ignotum
Deum Paulus monstravit; mox et Piraeum et Parnassi culmina,
et Thessalica Tempe, veterum temporum recordatione plenus, adeo.

Sed jam tempus est Asiam petere; neque verò te praeteribo,
felix insula, in quâ dilectus Christi discipulus rerum divinarum
arcana retexit. Ibi ego tanti apostoli pronis adorabo vestigia,
caelumque apertum cernens credam. Indè nos Chrysostomi, Gregorii,
Basilii patria vocat; indè sacrosancta Abrahami tellus, indè
tot gentes sacro fidei Christianae vinculo consociandae.

Extrait d'une lettre de Fénélon à un évêque, publiée pour la 1re fois
par le Cardinal de Beausset.

Développement 1 En mihi magna patet Graiorum patria tellus;
321- Barbara diffugiunt lunatis agmina signis,
Et recipit Pelopis donatos nomine campos
Libertas. olim quae ferro aut ignibus hausit
5 Dira superstitio, redivivis è pulvere templa
Caelo ostenduntur, dilecta habitacula, vero
Nunc iterum celebranda Deo. tibi reddita, Christe,
Rursus, Christe, tuum sitiens audire ministrum,
Concurrit, studio non inferiore, Corinthus,
10 Quàm fidei quum parta recens ac plena recepti
Numinis, ad Pauli sacra se converteret ora,
Et sacram biberet divino è pectore vocem.

Jam mihi Cerepias video calcare ruinas,
Scandere jam collem Marti sanctaeque dicatam
Justitiae, insedit toto quem nobilis orbe
Curia; Paulus ubi morum vitaeque magistros,
Inscripsit quos prisca suis Sapientia Chartis,
non prius auditum docuit cognoscere numen.
Mox et adire juvat portus, ubi molle susurrans
Vida Neochden Piraeae immurmurat orae.
Et me Castalïs rupes celebrata Camenis,
Et gelidae rapiunt valles, et Thessala Tempe;
Ac simul antiqui se plurima tollit imago
Temporis ante oculos aeternis plena gerenti
pectora nominibus. Sed quae nos terra morantes
Jam vocat, Aegeosque jubet transcendere fluctus?
tempus adest: Asiae invitant quo fata, sequamur.
At neque praeteream te, divi illustre Joannis
Insula, perfugium! non tu mihi digna sileri,
felix antè alias tellus, quas exsul in oras
Christi discipulus, Christi dulcissima cura,
pectore sublimi superas emersit ad auras,
Et gravibus Chartis arcana Deumque retexit.
hic horrore pio trepidans, vestigia tanti
passim impressa viri, tetulumque deusque locorum,
Pronus adorabo, sedesque videbor apertas.
Et nova flammantis spectacula cernere coeli.
Inde aliam vocat in partem nos ille Joannes

Aurea vox, cui sancta dedit facundia nomen,
Et cœlum pietas; pariterque tua patria poscit
Nos, Gregori, pariterque tuo quae fuerit amico,
Germanumque tulit studiis et corde sodalem.
Indè Oriens, prisca Dacidum cunabula, semper
Numinis ille memor toties praesentis, et ipso
Terra imbuta Deo. neu coeptum forte quiescat
Religio inter opus, posito secura labore,
Indè et tot gentes, instanti debita Christo
Turba, pari secunda fide, communibus aris s.f. 1340

M^r Vérien.

Concours de Gram.e. 1846

Les envoyés Mexicains, de retour auprès de Montézuma, racontent l'impression produite sur eux par l'apparition des Espagnols.

3f. Matière. Vidimus advenas illos, hominesne an deos dicam, quos littoribus nostris advectos imperio tuo minitari fama perrebuerat. Veniunt è longinquis oris quas sol noster orientibus radiis illustrat. Domos habitant fluitantes, quibus adspirat omnis ventus, fluctus omnis famulatur. totum iis corpus rutilanti metallo splendet; quasi terram tangere dedigneutur, scandunt super grande quoddam animal et portentosum, cujus ardent oculi, vox instar tubae sonat, pedes exsultant. Primo ambo corpora unum esse putavimus: mox autem vidimus unum desilire, stare seorsum, tum mulcere alterum manu, rursus ascendere, in cursum incitare, agere in gyros, subitoque reprimere. Eorum religio quae sit incertum: duos arboris ramos, nudatos foliis, in

transversum alligant, et figunt solo. hos flexis genibus vene-
-rantur, et summos dextrae digitos saepissimè fronti, pectoriq
atque humeris applicant.

fulmineos ignes videntur cuelò subripuisse, aut à summo
numine accepisse. Dùm nos duis antè pedes dona tua
poneremus, repente fragor horrendus intonuit, et territi
procubuimus. postquam pavor reliquit ossa, suspeximus;
causa prodigii latebat: stabat coram dux superbus, arridens,
porrigensque manum; et ingens fumus, ad radios solis
albescens, è littore recedebat.

Développement 38.

Illum, Rex, populum, nostris nova corpora terris,
(Humanum-ne genus, divina an numina dicam?)
His quem littoribus tristi rumore ferebat
Fama frequens subitâ adventum cum peste, minari
Imperiis infesta tuis, mandata secuti
Vidimus, et reduces jam non ignota loquemur.

Mittunt hos spatiis discretae ingentibus orae,
Noster quas radiis sol exorientibus ambit.
Tecta habitant suspensa mari, queis apta videntur
Remigia alarum, vastâ fluitantia mole:
Omnis enim tractus liquidos sulcantibus aura
Adspirat, quasi ventorum confessa potentes;
Omnis iter fluctus famulantibus adjuvat undis.

Illis tota micant splendentis luce metalli
Membra, repercusso longè rutilantia sole.

Dedignata, reor, pedibus genus tangere terram
Grande animal scandit; sessores accipit atrox
Bellua, portenti genus, et sua terga ministrat.
Ardent igne oculi; quatit ardua colla jubasque
Terribilis; quoties clamorem effundit in auras,
Vox situo non inferior sonat; ungula terram
Crebra ferit, gestisque gradum glomerare per aequor.
Primo stare unum gemino de corpore corpus,
Atque pares artus haerere, simulque moveri,
Credidimus: sed mox socio de tergore saltu
Se dirimens alter, consistere solus, et armos
Alterius mulcere manu, rursusque volentem
Scandere, et in celerem stimulis impellere cursum;
Nunc agere in Gyros; nunc, quum rapit impetus aer,
Praecipitem arctatis subito compescere frenis.
Hospitibus quae religio, quae sacra colantur;
Hactenus incertum. frondis mutatur honore,
Figitur et terrâ desectus ab arbore ramus;
Additur indè trabes ligno transversa priori,
Brachia quae simulat medias porrecta per auras.
Hoc, posito pia turba genu, veneratur; et, ipsam
Numinis ad speciem, repetito dextera gestu,
Extremis frontem digitis et pectora tangit;
Post admota iterum, geminos pertractat eodem
Signo humeros; quod verba preces imitata sequuntur.
Subripuêre suum, coelo, coelestibus ignem,

Sidereave tenent acceptum fulmen ab arce.
Nam duis ante pedes dum ponere munera jussi
Gaudemus, paremque tuam, mirantibus ecce
Intonat horrendus fragor, et late aethera rumpit.
Exanimes sonitu prosternimur. Intima postquam
Ossa pavor liquit, reditque in pectora sanguis,
Suspicimus tacite, poterat quod quisque: nec ulla
Prodigii se causa aperit; sed fronte superbâ
Stat coram ductor, qualem se gesserat antè
Arridens, nobisque manum protendit inermem.
Interea adversos albescens solis ad ignes,
Densa recedebat nubes è littore, fumus,
Aerios inter visus vanescere campos /. Mr. Vérien 1394

Aspect des Ruines de Carthage.

---

36. La partie historique de Carthage est plus poétique que sa poésie. La mort céleste et les funérailles de St Louis; l'aveugle Bélisaire; Marius expiant, parmi les bêtes féroces sur les ruines de Carthage, bête féroce lui-même, les crimes de Rome; la journée lamentable où, semblable au Scorpion entouré de feux, qui se perce lui-même de son dard empoisonné, Carthage entourée par Scipion et Massinissa, met elle-même le feu à ses édifices et à ses richesses; la femme d'Asdrubal renfermée avec ses enfants dans le temple de Jupiter, reprochant à son mari de n'avoir pas su mourir, et allumant elle-même la torche qui va

Consumer elle et ses enfants et tout ce qui reste de la patrie, pour ne laisser que de la cendre aux Romains! Caton d'Utique, les deux Scipions, Annibal, tous ces grands noms s'élèvent encore sur le cap abandonné, comme des colonnes debout devant un temple renversé. L'œil ne voit rien qu'un promontoire nu, s'élevant sur une mer déserte, quelques citernes vides ou remplies de leurs propres débris, quelques aqueducs en ruines, quelques môles ravagés par les flots et recouverts par la lame; une ville barbare auprès, où ces noms mêmes sont inconnus, comme ces hommes qui vivent trop vieux, et qui deviennent étrangers dans leur propre pays.

Mais le passé suffit, là où il brille de tant de souvenirs. Que sais-je même si je ne l'aime pas mieux seul, isolé au milieu de ces ruines, que profané et troublé par le bruit et la foule des générations nouvelles? il en est des ruines ce qu'il en est des tombeaux: au milieu du tumulte d'une grande ville, et de la fange de nos rues, ils affligent et attristent l'œil, ils font tache sur toute cette vie bruyante et agitée; mais dans la solitude, aux bords de la mer, sur un cap abandonné; sur une grève sauvage, trois pierres jaunies par les siècles et brisées par la foudre, font réfléchir, penser, rêver ou pleurer.

La solitude et la mort, la solitude et le passé qui est la mort des choses, s'allient nécessairement dans la pensée humaine. Leur accord est une mystérieuse harmonie; j'aime mieux le promontoire nu de Carthage, le cap mélancolique de Sunium, la plage nue et infestée de Pestum, pour y placer

les scènes des temps écoulés, que les temples, les arcs, les Colysées de Rome morte, foulés aux pieds dans Rome vivante avec l'indifférence de l'habitude ou la profanation de l'oubli.

Lamartine - Voyage en Orient.

Developpement 36

Plus, reor, antiquae casus Carthaginis ipsi
quo capiamur habent; res carmine dignior exstat
quam quod finxerunt veterum mendacia vatum.
Mors, Lodoix, tua digna deo, fumusque supremum;
Et spoliata gerens visu Belisarius ora;
Et super eversa Marius Carthagine, saevis
Bellua mixta feris, romana piacula solvens;
Lugubrisque dies gemino quā pressa pericło
(Scorpius ut mediā circumdatus undique flammā
Ipse venenato figit de cuspidis ictu,
Et mortem antecapit), pariter deprensa, ferocem
Cornelium atque tuas inter, Massinissa, catervas,
Ipsa suis dat opes et tecta exstinguere flammis
Carthago; Asdrubalis conjux sublimis ab arce
Delubroque Jovis tenerā cum prole, maritum
Interspitans nescire mori, flammasque coruscans
Queis arsura parens, nate, et quodcumque ruentis
Restat adhuc patriae, ne quid superesset habendum
Romanis, praeter cineres et inane cadaver;
Atque Utica, invicti bustum titulusque Catonis;
Et cum Scipiadis, neutro minor, Annibal, omnes

Sola rupe super Magni stant nominis umbrae,
Surgere cum videas reliqua jam parte jacentis
Ante aditum templi vivaces ante columnas.
Nil flectenti oculos praeter capita aspera montis
Appareat, vano late dominantia ponto;
Atque ubi lympha fuit, putres humore carentes,
Obsessos-ve suis, tristi squalore, ruinis;
Undarumque vias sicas, ruptoque canales
Fornice pendentes; molesque hinc inde protervis
Fluctibus exesas, veniens quas obruit aestus;
Juxta barbarae surgentia moenia gentis,
Tantorum nescit quae nomina sacra virorum:
Vt quos donavit nimia natura senecta,
Vitale egressi spatium, popularibus ipsis
Ignoti tandem patria patiuntur in urbe
Exilium, nec jam vita, nec morte fruuntur.
Ast ubi praeteritis tantum deus insidet annis,
Hic satis est, impletque locum veneranda vetustas.
Quid quod et appareat, credo, mihi gratior ipsa,
Deserti cultrix, cum solis sola ruinis,
Quam si reliquiis nova sese immisceat aetas,
Quae populo et strepitu rerum deturpet honorem.
Nempe eadem sunt ruderibus, sunt fata sepulcris.
Immundas inter plateas urbisque tumultus,
Mesta sepulturae facies rumore frementem
Contristat vitam, ac foedo diserimine sordet.

Verùm ubi cuncta silent, ponti per littora, nudo
Monte super, quà porrigitur cultu aspera tellus,
Aut aevi impressus maculis, aut fulminis ictu,
Implet imaginibus mentes, ac multa vagantí
quae meditere animo praebet lapis unus et alter,
Solvit et in molles spectantia lumina fletus.
Concordare solent humano in pectore, miris
Consociata modis, mors et deserta locorum,
Et cum desertis, rerum mors illa, vetustas.
Undè mihi potius Carthaginis horrida ruppes,
Paestanaeque plagae facies infesta, suasque
non sine tristitia despectans Surrion undas,
Terrarum antiquos casus aevumque peractum
Exhibitura, placent, quam splendida templa Deorum,
Amphiteatra, arcus, extinctae insignia Romae,
In te, Roma ruens, quae longus negligit usus,
proculcat ve, nefas! sanctarum oblivio rerum. /. 1258

M. Vérien.

Platon renonce à la poésie pour s'attacher a Socrate.

1845 - Gram. Concours d'agrégation

37. Matière. Ad tragicum certamen erectas animis Athenas tenebat promissi junioris poetae fama. quippè exspectabatur Plato. hunc pater dictus Apollo, hunc apes Hymettiae melle in os dormientis infuso, Musis infantem sacraverant. Jam dessa turba fremit theatrum. Sed Plato interèa Socratem sapientiae oracula docentem forte audierat. audientem palmae poeticae spoliat.

se totum philosophiae tradere gestit. Nec mora; paratum
poema admoto igne comburit, seque tanto magistro addit
discipulum. En tibi adest, ô Socrates, olor ille, qui per somni-
-um nuper visus est in sinu tuo plumescere, et continuò
in altum evolans sublimes cantus edere.

Développement 1 Cur in Palladia passim concurritur urbe?
37. quis locus effusos, quae nova fama vocat?
Ad tragicum erectas animis certamen Athenas
Iunior, at summa laude, poeta tenet.
5 Exspectatur opus ludis tibi, Bacche, diuatis,
prima cothurnati palma Platonis, opus.
Scilicet hunc doctis ipse sacravit ab ortu
Virginibus pueri dictus Apollo parens,
Atque suum labris sacrae instillare iacentis
10 Nectar, quas patrius misit Hymettus, apes;
Ut simul infusam sancto genitore poesim,
Mellitumque puer duceret eloquium.
Densa igitur cuneis fremit, et rumore secundo
Turba etiam absentem nominibusque petit.
« 15 O Deus exoriens! o nobilis attica! noster
« Aequatur Sophocles; Aeschylus ille redit. »
Ipse tamen quid agis? quid te remoratur euntem?
Ingredere; optatum iam recitetur opus.
Sed iuvenem interea sapientia ceperat, olli
20 Forte audita, sui Socratis ore loquens.

Nempe monebat, uti Divum stet numine Mundus;
Cœlestes deceat quâ pietate coli;
Quid patria, et virtus; etiam quae jura parentum;
Quid valeat sanctae nomen amicitiae;
Non exstingui animas, sed postquam è corpore missae
Exierint, tandem vivere, seque frui.
Hic stetit, insueta correptus voce docentis,
Et quasi Sirenum cantibus obstupuit.
Discentem mox vera piget vanae hactenus artis
Captasse haud studio praemia digna suo.
Jam penetrare animo, quoniam datur, abdita rerum,
Sublimesque avidus gestit inire vias.
Atque: « procul, juveni dulces, ait, este, Camenae;
Ludite nunc alios; sit Plato Socraticus. »
Nec mora; subjectis, lauri melioris amore,
ignibus urit opus: palma parata, cinis.
Nec refugit vultu speratae incendia laudis:
Additur hinc menti robur et ingenio.
En tibi olor, pater ô Sophiae! sub imagine somni,
in gremio nuper visus adesse tuo,
Et primas teneris plumas induere membris,
Molliter hic recubans, candidus hospes, olor;
Unde petens subitò cœlum natale volatu,
Ambrosium liquido funderet ore melos. 1502

Mr. Vérien.

Nota. J'ai souligné qques expressions, que j'avais recueillies pendant la correction

et conservées pour en faire une espèce de mosaique. En voici d'autres, auxquelles je n'ai point donné place, mais qui m'ont cependant paru remarquables:

Qui teneros fama jam vecerat annos.— Certa dies aderat, tragico certamine dudùm nobilis, et juvenis latè vulgata poetae erectas animis jam fama tenebat athenas.— Exspectatumque poetam quaesivere oculis.— Hactenùs ignotam vocem auditura Platonis.— Ut aeterno libretur foedere mundi.— quaeque animis sit vita prior; quae vita futura.— audierat..... reserantem voce magistra humani latebras animi, clarumque ferentem per mentis tenebras, atque inscia pectora, lumen.— umbrasque piget captasse Platonem.— Dedignatusque poetam— Socratico quidquid deinceps manabit ab ore, combibet— palmam aspernatus et artem— Jam nunc tuus indè, magistrum te sequitur.— qui plumis fulgere novis per somnia visus —Dum velut ad patriam tollere colla juvat. (Note de Mr. Vérien, un des Juges du Concours.).

Concours d'agrég. de Gram. M.

1829.

N°. 38

Matière. Crebrescebat graecas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi; complebantur templa pessimis servitiorum, populo flagitia hominum et caerimonias Deûm protegente. Igitur Patribus placitum ut civitates Romam mitterent jura atque legatos.

primi omnium Ephesii adiere, memorantes non, ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos; esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam ubi Latonam, partu gravidam, et oleae, quae tùm etiam maneat, admisam, edidisse ea numina; deorumque monitu sacratum nemus. atque ipsum illic Apollinem, post interfectos Gelopas,

Jovis iram vitavisse. Mox Liberum Patrem, bello victorem, supplicibus
Amazonum quae aram insederant ignovisse. Auctam hinc concessu
Herculis, quum Lydiâ potiretur, caerimoniam templo; neque Persarum
ditione deminutum jus; post Macedonas, deindè nos servavisse.
(Tacite. Annal. III. Ch. 60 et 61.).

Développements 38.

Creverat hanc, graias latè vulgata per urbes
Religione malâ, veterique licentia more,
ut fierent, specie miseris tutamen, asyla,
Sed latebrae scelerum potiùs, sceleri que nocenti
utile perfugium. Ne singula crimina fando
persequar, ad deos etiam descenderat aras
praesidium. quisquis, malè facti conscius, iram
formidabat heri, virgasque aut carceris umbram,
Undique confugiens implebat templa, patronis
Turba indigna Diis; populoque humana tuente
flagitia, ut ritus et religionis honorem,
stare jubebatur venerando in limine Divûm
non ultrà vindicta sequax, sacroque retusam
objice ridebat Phebi aut Jovis impius hospes.

Non impune tulit, custos acerrima morum
Curia, templa peti sceleris quasi conscia; et orbi
Consuluit, tunc, Roma, tuo: « mittantur ab omni
protinùs, argolicis colitur quae civibus, urbe
Jura et legati. » Stetit haec sententia patrum.

Orat prima Ephesus causam, atque admissa profatur:

« non, ut vana fides animis et publicus error
insedit, geminos, Latonae pignora, Divos
Mobilis Aegei quondam maris insula, Delus
Edidit. immeritò Phebi castaeque sororis
Ostentat celebrata pio cunabula ritu.
Cenchrius est nobis, Urbi conterminus, amnis;
proximus est amni lucus, dixêre priores
Ortygiam: hic tandem variis, Junonis ob iram,
Exagitata malis, jamjam paritura, resedit;
Acclinisque olea truncо Titania, testis
quae superest hùc usquè virens, ac saecula vicit,
illa, uteri felix, dedit uno numina partu.
Indè luci cultus; monitis caelestibus indè
Addita religio nemori. post ipse, Cyclopum
Caede recens Phoebus, fugiens te, maxime rector
Caelicolûm, hìc latuit, maternâ tutus in umbrâ,
Vitavitque tuum, caput inviolabile, fulmen.
Mox et Liber adest, atque orbis victor Eoi,
quaerit Amazonios, post Indica bella, triumphos.
Ortygias at si qua tamen confugit ad aras,
huic deus indulsit veniam, fratrisque pepercit
supplicibus. nec non eadem delubra, Tonantis
Tertia progenies, quùm Lydia regna teneret,
Majestate novâ et sacris Erynthius auxit.
nec tribus imperiis reverentia cessit asyli;
quam pius in Graio servavit Persa colono,

posteàque Æmathiâ mitis victoria regis;
Et vos Romulidae, nullis pietate minores
Gentibus, hos fieri sanctum voluistis in annos.
Ergò, per superûm, per vestra exempla, precamur,
51 haec manubia, patres, Epheso concedite jura ». 1553

Suite des vers pag. 176. Mr. Vérien.

Thème Latin

N°. 1. à partir du règne de Tibère, on voit les âmes se dépraver à un point qui étonne même aujourd'hui; ou plutôt, on voit se manifester une dépravation déja existante, et qui n'attendait, pour se produire au jour, qu'un premier exemple et un indigne salaire. à la vérité, quelques rares vertus apparaissaient encore de loin en loin dans la société, comme ces feux qu'on allume la nuit sur les bords d'une mer orageuse pour indiquer la route aux navigateurs. mais elles ne semblaient ne briller que pour éclairer les naufrages qu'elles auraient dû prévenir. Et ces vertus elles-mêmes, examinées de sang-froid, qu'étaient-elles après tout, que le facile courage de mourir, disons mieux, de se dérober à la fatigue de vivre? La force des plus hautes âmes consistait à plier sous le fardeau de ces temps effroyables. L'esprit humain ne savait plus où se prendre. Dépouillé de ses croyances et de ses opinions, il nageait au hasard dans un océan immense d'incertitudes et de doutes. Il n'y avait plus de paganisme; il n'y avait plus même de philosophie, à moins qu'on appelle de ce nom ces vagues jeux de l'esprit dont quelques Romains amusaient leurs loisirs dans les jardins de leurs Villas, sous les portiques de leurs palais, sans que de tous ces discours ingénieux il sortit une règle fixe de conduite, et un principe de conscience. On discourait sur les Dieux, pour douter

Thème latin.

n°. 1 à Tiberii principatu, tanta existit animorum depravatio, ut vel hodiè stupenda (ou portentosa) videatur; magis verò (μᾶλλον δὲ) manifesta fit quaedam deterioris seculi labes, jam antè concepta, et ubi primum exemplum injustaque merecedem nacta esset, statim in lucem proditura. Etiam tum quidem virtutes, longis intervallis, inter homines rarae apparebant, illorum similes ignium, qui, procellosi maris in littore, futuri navigantibus viae indices, nocta accendumtur. Sed videbantur ideò (idcirco) tantùm illae clarae, ut quae per eas praecaveri debuissent naufragia, clariora facerent. Easdemque virtutes si quis compositâ mente perpenderit, quid aliud demùm, nisi facilem mortis patientiam, aut, quò rectiùs loquar, vitae gravioris fugam, esse deprehendet? haec erat vis excellentissimi cujusque animi, atrocissimis istis temporibus, velut onere nimio laborantis, cedere. jam non habebat humana mens quid amplecteretur: quùm illi fides omnis et opinio excidisset, temerè per incerta dubiaque, tanquam in immenso mari, jactabatur versabatur. Extinctus fulorum numinum cultus, exstincta ipsa philosophia, nisi quis eo nomine vocaverit vagos istos ingenii lusus, quibus non ità multi homines romani, suis in hortis, aut superbarum aedium sub porticibus otia sua pblectabant: quum ex omnibus istis sermonum argutiis nihil existeret quo certè vita regeretur, atque niteretur conscientia. Eo scilicet consilio disserebatur de Diis, ut Dii ne essent dubitaretur; de officiis, ut eluderentur; de morte, ut celeriter vivendum

s'ils existaient; sur les devoirs pour les éluder, sur la mort pour en conclure qu'il fallait se hâter de vivre. Lamennais.

Thème latin.

N°. 2. Concours de Gram. de 1839.

Ce qu'on appelle le goût est une chose bien rare et qui se trouve en peu de personnes. on ne saurait presque ni l'apprendre ni l'enseigner; il faut qu'il soit né avec nous. La haute intelligence semble bien au dessus, et paraît avoir plus d'étendue: mais en vérité, pour le commerce du monde et de la vie, le goût vaut son prix, et tient bien son rang. quand on a cet avantage, il ne faut pas traiter de haut en bas ceux qui ne l'ont point. on n'a pas des pièces en main pour les convaincre et pour leur faire voir qu'ils ont tort; on les ramène bien plutôt qu'on ne les persuade.

pour être agréable et de bonne compagnie, il faut penser finement et dans le moment sur tout ce qui se dit dans la conversation; et cela ne se peut faire, si l'on n'a l'esprit excellent, beaucoup de mémoire et d'imagination. il faut aussi savoir bien sa langue, en connaître toutes les finesses, tous les biais et toutes les délicatesses. sans cela, quand on penserait le mieux du monde, on ne doit point s'attendre à dire les choses avec agrément. il faut s'accommoder à la portée de ceux avec qui l'on est, et prendre en quelque façon le point et le degré de leur esprit. on doit bien se garder d'affecter d'être toujours le maître de la conversation. on se rend agréable, quand on écoute volontiers et sans jalousie, et qu'on laisse avoir de l'esprit aux autres. Saint Evremond œuvres mêlées

---

esse indè colligeretur. ou mieux ut vivere festinandum esse &.

Mr. Vérien.

---

thème Latin.

Rara est admodùm ea quae vocatur politior elegantia, et apud paucos cernitur. haec ferè nec disci potest, nec tradi (on peut encore opposer aut à non); nobis innata sit necesse est. Longè quidem illi praestare sublimis intelligentia, et in speciem vincit amplitudine: sed hercule! quod pertinet ad consuetudinem hominum et vitae, politior elegantia non nullius pretii est neque nullum gradum prorsus obtinet. quâ qui praeditus est, ne cum illis apud quos eadem desideratur, arrogantiùs agat; non enim habet in manu quibus instructus illos convincat, et qua laborent culpa ipsis demonstret. multò magis revocantur monendo, quam persuadendo coguntur.

Jucundus erit et comis in conversatione, si quis, quaecumque sermone tractentur, citrà haec subtiliter et tempore sentiet; atque illud fieri non potest, nisi quis optima mente, acerrima memoria, amplaque ingenii copia vigeat. apprimè etiam ille vernaculam linguam callebat, si ut nullum ignoret usum argutè, per flexus, et levi subtilitate loquendi. haec autem si defuerint, etiamsi ità sentiat ut nemo melius, ne speret se fore in dicendo jucundum. pro illorum captu, quibuscum versatur, fingat se et flectat, et ad eorum mentem se accommodet, justo, ut ità dicam, modo atque tempramento. hoc diligenter caveat ne affectet semper in sermone dominationem. Jucundus efficitur, qui libenter et citrà aemulationem praestat aures loquentibus, aliosque sinit esse ingeniosos. ———

Mr. Vérien

94

N° 3.

Concours de Grammn.
de
1832.

Thème latin qui a fait l'enchaînement de l'univers,

Le même Dieu qui a fait l'enchaînement de l'univers, et qui, tout puissant par lui même, a voulu, pour établir l'ordre, que les parties d'un si grand tout dépendissent les unes des autres, ce même Dieu a voulu aussi que le cours des choses humaines eut sa suite et ses proportions: je veux dire que les hommes et les nations ont eu des qualités proportionnées à l'élévation à laquelle ils étaient destinés, et qu'à la réserve de certains coups extraordinaires où Dieu voulait que sa main parut toute seule, il n'est point arrivé de grand changement qui n'ait eu ses causes dans les siècles précédents.

Et, comme dans les affaires il y a ce qui les prépare, ce qui détermine à les entreprendre, et ce qui les fait réussir, la vraie science de l'histoire est de remarquer dans chaque temps ces secrètes dispositions qui ont préparé les grands changements, et les conjonctures importantes qui les ont fait arriver.

En effet, il ne suffit pas de regarder seulement devant ses yeux, c'est-à-dire, de considérer ces grands évènements qui décident tout à coup de la fortune des empires: qui veut entendre à fond les choses humaines, doit les reprendre de plus haut; et il lui faut observer les inclinations et les mœurs, ou, pour tout dire en un mot, le caractère tant des peuples dominants en général, que des princes en particulier, et enfin de tous les hommes extraordinaires qui, par l'importance du personnage qu'ils ont eu à faire dans le monde, ont contribué en bien ou en mal au changement des États et à la fortune publique.

Bossuet. Empires ch. 2.

Thème latin.

qui mundum connexuit, quique per se omnipotens, voluit, ut fieret concordia, tantae illius rerum universitatis partes alias ex aliis pendere, idem ille Deus humanas res ità cursum suum peragere voluit, ut succederent aliae ex aliis et aptè inter se responderent: hominibus scilicet privatis populisque dotes suae obtigerent, prout majora illos vel minora manebant, et, praeter insolentes quosdam casus quorum auctorem se solum exhibere Deo placitum est, nihil graviter est mutatum, quod non è superioribus seculis causas duxerit cur mutaretur.

Jam verò quum in omnibus negotiis sit et undè processura sint, et cur suscipiantur, et quà exitum habeant, in qualibet aetate, et arcana illa consilia ex quibus processurae fuerunt magnae rerum mutationes, et gravia illa temporum momenta per quae ad effectum perductae sunt, animadvertere, ea demùm verae historiae scientia est. Etenim

Etenim non satis est si tantum oculis objecta aspicias, ingentes scilicet illos casus, qui imperiorum fortunam subito decernunt, intuearis. humanas res penitùs intelligere cupienti sunt illae altiùs repetendae. studia quippe et mores, vel, ut uno verbo omnia complectar, ingenia tùm potentium populorum universa, tùm principum singula, denique omnium excellentium virorum, qui non mediocrem his in terris personam agentes, aliquid ad civitatum conversionem fortunamque publicam in utramque partem contulerunt, ingenia attendas necesse est.

M. Sérieu.

nº. 21.

Conc. de Gramm. de 1837.

Thème Latin

Il ne faut quelquefois, comme le remarque Sénèque et comme lui-même en est un exemple, il ne faut qu'un seul homme, mais d'un grand nom, et qui par de rares qualités se sera acquis un grand crédit, pour introduire le mauvais goût et un style corrompu. On veut, par une secrète ambition, se distinguer de la foule des orateurs et des écrivains de son temps, et ouvrir une carrière nouvelle où l'on marche plutôt seul à la tête de nouveaux disciples, qu'à la suite des anciens maîtres. On préfère la réputation de bel esprit à celle de bon esprit, le brillant au solide, le merveilleux au naturel et au vrai. On aime mieux parler à l'imagination qu'au jugement, éblouir la raison que la convaincre, surprendre son approbation que de la mériter. Et pendant qu'un tel homme, par une espèce de prestige et par un doux enchantement, enlève l'admiration et les applaudissements des esprits superficiels, qui font la multitude, les autres écrivains, séduits par l'attrait de la nouveauté et par l'espérance d'un pareil succès, se laissent insensiblement aller au torrent, et le fortifient en le suivant. Ainsi ce nouveau goût déplaît sans effort l'ancien goût, quoique meilleur; il passe bientôt en loi, et entraîne toute une nation. C'est ce qui doit réveiller l'attention des maîtres, pour prévenir et empêcher autant qu'il est en eux la ruine du bon goût; et, chargés comme ils le sont de l'instruction publique de la jeunesse, ils doivent regarder ce soin comme une partie essentielle de leur devoir.

Rollin. traité des Études.

Thème Latin.

Nonnunquam, ut animadvertit Seneca, et ipse pro exemplo est, in uno duntaxat viro, sed eodem magni nominis, magnamque singularibus virtutibus auctoritatem adepto, tantum est, ut inducatur per illum prava consuetudo et corruptum scribendi genus. Caeca ambitione studet aliquis se aequalium oratorum et scriptorum è populo excerpere, novumque aperire curriculum, in quo solus novis discipulis praecat magis, quam veteres magistros sequatur. Ingeniosus audire maluit, quam sanus, speciosa solidis, prodigiosa naturalibus et veris anteponit. Vehementius illum delectat mentem imaginibus quam argumentis, praestringendo quam persuadendo, movere; per fraudem, quam jure ac meritò illi probari. Dùmque unus vir, quibusdam quasi praestigiis ac blandè fascinando, illos quibus constat multitudo, prima rerum specie ductos, implausus admirationemque rapit, ceteri scriptores, grata novitate talisque successus etiam spe illecti, eodem tendentium impetu paulatim feruntur, et eum augent sequendo. Sic nova ista veterum, etsi meliora illa sunt, loco facile potiuntur; mox habentur pro lege, totamque gentem ad se trahunt. Quapropter erigant mentem magistri, ut, pro virili parte, occurrant obstentque ne sanior disciplina exolescat; et, mandata ipsis eruendae juventutis cura, magnam hanc esse sui officii partem, ut illi rei studeant, arbitrentur.

M. Brunout.

N°. 5.

Conc. de gramm. de 1838.

thème latin

On peut dire que, par la beauté d'un génie universel, César fut le plus grand des Romains en toutes choses. Non n'a guère vu en personne tant d'égalité dans la vie, tant de modération dans la fortune, tant de clémence dans les injures. Ces impétuosités qui coûtèrent la vie à Clitus, ces soupçons mal éclaircis qui causèrent la perte de Philotas, étaient inconnus à César; on ne peut lui reprocher de mort que la sienne, pour n'avoir pas eu assez de soin de sa propre conservation. Aussi faut-il avouer que, bien loin d'être sujet aux désordres de la passion, il fut le plus agissant homme du monde et le moins ému; les grandes, les petites choses le trouvaient dans son assiette, sans qu'il parût s'élever pour celles-là, ni s'abaisser pour celles-ci.

Alexandre n'était proprement dans son naturel qu'aux extraordinaires. S'il fallait courir, il voulait que ce fût contre des rois; s'il aimait la chasse, c'était celle des Lions. il n'était jamais si résolu, jamais si gai, que dans l'abattement des troupes; jamais si plein de confiance que dans leur désespoir. En un mot, il commençait à se posséder pleinement où les hommes ordinaires, soit par la crainte, soit par quelqu'autre foiblesse, ont accoutumé de ne se posséder plus. Mais son âme trop élevée s'ajustait malaisément au train commun de la vie; et peu sûre d'elle même, il était à craindre qu'elle ne s'échappât parmi les plaisirs ou dans le repos.

S. Evremond.

César et Alexandre.

C. J. Caesarem jure dixeris, ingenii virtute universas artes complectentis, Romanorum in omni re maximum extitisse. non temerè apud quemquam videre fuit tantam vitae aequabilitatem (ou tam aequabilem vitae rationem), tantam in secundâ fortunâ modestiam, tantam in offensionibus clementiam. Et isti impetus undè Clito exitium conflatum est, et istae non satis exploratae suspiciones quibus Philotas oppressus fuit, à Caesare aberant. Cui non alia mors, praeter suam, imputari potest, quod saluti suae (ou incolumitati) minùs aequo consuluerit. Itaque fatendum est illum sic carnisse animi vehementius affecti perturbationibus, ut, quum maximè omnium in agendo versaretur, idem minimè omnium exuteretur sibi, seu magna, seu parva occurrebant, adeò compositus, ut neque ad illa gerenda exsurgere, neque ad haec se se demittere (ou descendere) videretur.

Alexander autem nonnisi in rebus haud vulgaribus naturam suam prorsus obtinebat. si cursu certandum erat, reges desiderabat aemulos; ità venatione gaudebat, si venando leones sequebatur. ille nunquam animosior, nunquam alacrior, quam consternatis militibus; nunquam confidentior, quam desperatione afflictis. quid multa? totum se possidere incipiebat, ubi ceteris vulgo hominibus, sive metu, sive alio quolibet vitio, jam non solet esse libera potestas sui. Sed elatior viri animus ad communem vitae rationem aegrè se accommodabat; et quum dubia fide (ou, minùs certâ) constaret sibi (ou esset suî), periculum erat ne in voluptatibus aut in otio erumperet.

Mr. Vérien.

nº. 6.

Conc. de Gramm. de 1820.

thème latin.

Un édifice grec n'a aucun ornement qui ne serve qu'à orner l'ouvrage; les pièces nécessaires pour le soutenir ou pour le mettre à couvert se tournent seulement en grâce par leurs proportions; tout est simple, tout est mesuré, tout est borné à l'usage; on n'y voit ni hardiesse, ni caprice qui impose aux yeux; les proportions sont si justes que rien ne paraît fort grand, quoique tout le soit; tout est borné à contenter la vraie raison. au contraire, l'architecture gothique élève sur des piliers très minces une voûte immense qui monte jusqu'aux nues; on croit que tout va tomber, mais tout dure pendant bien des siècles. tout est plein de fenêtres, de roses et de pointes; la pierre semble découpée comme du carton; tout est à jour; tout est en l'air. n'est-il pas naturel que les premiers architectes gothiques se soient flattés d'avoir surpassé, par leur vain raffinement, la simplicité grecque? Changez seulement les noms; mettez les poëtes à la place des architectes; Lucain devait naturellement croire qu'il était plus grand que Virgile; Sénèque le tragique devait s'imaginer qu'il brillait bien plus que Sophocle. Ces auteurs se seraient trompés en pensant ainsi; les plus excellents auteurs de nos jours doivent craindre de se tromper de même

Fénélon lettre sur l'éloquence.

Thème latin.

Aedificium graecum nihil habet ornamenti, quod tantummodo ad ornandum opus valeat (ou ornando sit operi); quae necessaria sunt ad illud aut fulciendum aut tegendum, haec, apta partium structura, tantummodò in venustatem vertuntur; omnia simpliciter, omnia moderatè se habent; omnia usu circumscripta sunt; nihil in his cernitur neque audacius tentatum, neque lasciviente arte inventum, quod spectantes percellat. tam justè partes inter se consentiunt, ut, etsi maxima sunt omnia, nihil tale esse videatur. omnia eo tantùm pertinent, ut sanae rationi serviant (ou sana ratio nihil desideret). Contra Gothici moris sectator Architectus in tenuissimis pilis immensam cameram instituit ad nubes elatam; imminere credas totius ruinam operis: sed totum opus multa jam aequavit durando secula, (ou multa jam durat secula, multis jam aequaevum est aetatibus). totum fenestris patet, ornamentis rosas imitantibus abundat, horret auguminibus. videtur ad spissioris chartae similitudinem sectus lapis; omnia lucem transmittunt; omnia pendent in aere. nomine autem est naturâ insitum, ut qui gothicum genus auspicati sunt architecti, eam opinionem alucrint, vana sua subtilitate graecam simplicitatem fuisse superatam? tantum verò mutatis nominibus, ab architectis ad poetas converso sermone, debuit et Lucanus haberi sibi major Virgilio, et tragoediarum scriptor Seneca existimare multo se speciosius Sophocle loqui. Ut verò auctores illos hujusmodi opinio fulsos habuisset, sic est optimis aetatis nostrae auctoribus verendum, ne simili errore capiantur.

Mr Vérien.

N°. 7.

Conc. de Gram.

1841.

thème latin

L'histoire de la nature est un livre fermé pour toutes les générations, si elles n'entrevoient pas un Dieu créateur et conservateur ; car rien n'est plus sensible que son action. Le soleil, tout magnifique et tout imposant qu'il est, le soleil, quoiqu'adoré par diverses nations, n'a ni intelligence ni discernement, et, si son cours est tellement régulier que jamais il ne l'interrompt un seul instant, c'est qu'il reçoit l'impulsion d'un agent suprême, dont il exécute les ordres avec la plus grande ponctualité. on a beau promener les yeux dans la vaste étendue de cet univers, on le voit renfermé dans l'immensité d'un être devant qui le monde entier est comme s'il n'était pas. il serait bien singulier que, le plus petit ouvrage ne pouvant exister sans un ouvrier, le monde eut le privilège de ne devoir qu'à lui même son existence et sa beauté. La raison se creuse des précipices effroyables, quand elle n'écoute plus que les passions et les sens. L'Eternel se rit au haut des cieux de tous ces systèmes insensés qui arrangent le monde à leur gré, et qui tantôt lui donnent le hasard pour père, et tantôt le supposent éternel. La nature n'est rien sans Dieu, et elle produit tout, elle vivifie tout par l'opération de Dieu. Sans être rien de ce qui compose l'univers, il en est le mouvement et la vie.

Ganganelli (Clément XIV), lettres.

---

thème latin

Rerum naturalium historia, quasi quidam liber, occlusa est omnibus omnium aetatum hominibus, nisi Deum esse aliquem, qui cuncta creaverit, et creata tueatur, aliquantum sentiant: nihil enim aliud significantius declaratur, quam ejus vis et opera. Sol, etsi pulcherrimus est tantamque admirationem incutit, Sol, etsi apud aliam atque aliam gentem pro numine colitur, nulla nec intelligendi nec discernendi facultate praeditus est; ideòque tam constante lege cursum suum, ut is nunquam, vel brevi temporis spatio, intermittatur, confici, quod movetur summa aliqua potestate, cujus mandata diligentissimè persequitur. Tam latè patentem illam rerum universitatem licet perlustres oculis, manifestum est eandem comprehendi ejus immensitate, cui totus mundus perindè esse videtur, ac si nullus sit. Hercule! non mediocriter mirandi esset locus, quùm vel minimum quodlibet opus sine opifice aliquo esse negaret, si peculiare et proprium mundo contigisset solum esse ipsum auctorem sui et suae pulchritudinis (ou bien id contigisset ut solus esset &) sibi molitur abruptissima quibus absumatur, ratio, quum animo duntaxat sensibusque morigeratur. Determum numen è cœlo ridet+ quodquod excogitat amentia mundum suo arbitrio componentium, modoque putantium hunc generatum casu, modo aeternitate donantium. Nihil sine Deo natura. quod ità nihil est eorum è quibus constat rerum universitas, ut per illum haec mota animaque vigeat

Mr Vérien.

+ ou stulta commenta componentium — Système pris absolument, isolement se rend bien par opinionum commenta. (Mr Burnouf).

N°. 8.

Conc. de Gram. 1826.

thème latin.

Socrate s'était chargé du soin pénible et dangereux d'instruire les hommes et de les conduire à la vertu par la vérité. comme il ne devait ni annoncer ses projets de réforme ni en précipiter l'exécution, il ne composa point d'ouvrage, il n'affecta point de réunir, à des heures marquées, ses auditeurs auprès de lui; mais dans les places et les promenades publiques, dans les sociétés choisies, parmi le peuple, il profitait de la moindre occasion pour éclairer sur leurs vrais intérêts le magistrat, l'artisan, le laboureur, tous ses frères, en un mot; car c'est sous ce point de vue qu'il envisageait tous les hommes. il les attirait par le charme de sa conversation, quelquefois en s'associant à leurs plaisirs sans participer à leurs excès. son premier soin était de démêler leur caractère; il les aidait par ses questions à mettre au jour leurs idées, et les forçait par ses réponses à les rejeter. Des définitions plus exactes dissipaient par degrés les fausses lumières qu'on leur avait données dans une première éducation, et des doutes adroitement exposés redoublaient leur inquiétude et leur curiosité; car son grand art fut toujours de les amener au point où ils ne pouvaient supporter ni leur ignorance ni leur foiblesse. plusieurs ne purent soutenir cette épreuve; et rougissant de leur état, sans avoir la force d'en sortir, ils abandonnèrent Socrate, qui ne s'empressa pas de les rappeler. les autres apprirent, par leur humiliation, à se méfier d'eux mêmes, et dès cet instant il cessa de tendre des pièges à leur vanité. il ne leur parlait point avec la rigidité d'un censeur, ni avec la hauteur d'un sophiste: c'était le langage de la raison et de l'amitié dans la bouche de la vertu.

Barthélemy, Voyage d'Anacharsis.

Socrate.

Socrates erudiendos homines, et ad honestum vero perducendos, gravem periculosamque curam, susceperat. quum autem neque ea quae de moribus emendandis cogitaret, profiteri, neque praepropere exsequi constituisset, nullam scripsit litteram; non certis horis auditores ambitiosè ad se convocavit: sed in plateis publicisque ambulationibus, inter coetus elegantiorum hominum, in infima plebe, qualibet usus occasione, magistratum, opificem, agricolam, omnes, uno verbo, suos fratres (nam fraterno jure universos homines complectebatur), quid vere ipsis expediret, quasi hinc praelatâ, docebat. quos trahebat quum suavitate sermonis, tum quod ad eorum oblectamenta nonnunquam sonus accedebat, citrà tamen intemperantiae consortium. prima haec erat illi cura, ut eorum naturam dignosceret; quos et interrogando adjuvabat ad ea quae cogitarent edenda, et respondendo cogebat eadem repudiare: rebus convenientibus definitis, falsae notitiae, quas è priore disciplina hauserant, paulatim discutiebantur; et citrà quaedam dubitatione solerter objecta, inerescebat illis anxietas atque studium cognoscendi; semper enim persuasit illos eò adducere, ubi nec ignorantiam suam nec malas animorum propensiones pati possent. nonnulli tolerando hoc experimento fuêre impares; et quum illos morum suorum puderet, nec prae imbecillitate ad meliores emergere ipsi valerent, renuntiavere Socrati; qui quidem desciscentes revocare nihil curavit. Ceteri verò, fracto spiritu, didicere sibi esse suspecti: ex quo jam nullas eorum vanitati struxit insidias, non more rigidi censoris, non superbi sophistae, illos alloquebatur: ipsam virtutem diceres, sermone ex ratione et amicitiâ depromto, confabulantem.

M.r Vérien.

nº. 9.

thème Latin.

Conc. de Gram. 1843. L'estime publique est le but principal de tout écrivain ; et la première vérité qu'il veut apprendre à ses lecteurs, c'est qu'il est digne de cette estime. En vain affecterait-il de la dédaigner dans ses ouvrages ; l'indifférence se tait et ne fait point tant de bruit ; les injures mêmes dites à une nation ne sont quelquefois qu'un moyen plus piquant de se rappeler à son souvenir ; et le fameux Cynique de la Grèce eût bientôt quitté ce tonneau d'où il bravait les préjugés et les rois, si les Athéniens eussent passé leur chemin sans le regarder et sans l'entendre. La vraie philosophie ne consiste point à fouler aux pieds la gloire, et encore moins à se dire ; mais à n'en pas faire dépendre son bonheur, même en tâchant de la mériter. on n'écrit donc que pour être lu, et on ne veut être lu que pour être estimé ; j'ajoute, pour être estimé de la multitude, de cette multitude même dont on fait d'ailleurs (et avec raison) si peu de cas. L'amour propre, qui n'annonce que des prétentions modérées, en déclarant qu'il se borne à l'approbation du petit nombre, est un amour-propre timide qui se console d'avance, ou un amour-propre mécontent qui se console après coup.

---

nº. 10.

thème latin.

La véritable éloquence suppose l'heureux du génie et la culture de l'esprit. Elle est bien différente de cette facilité naturelle de parler, qui n'est qu'un talent, une qualité accordée à tous ceux dont les passions sont fortes, les organes souples et l'imagination prompte. Ces hommes sentent vivement, s'affectent de même, le marquent

Thème latin

Hoc praecipuum in animo habet quicumque ad scribendum accedit, ut ab hominibus laudetur ; neque prius quidquam legentes vult edoceri, quam se esse laude dignum. frustrà ejus contemptum in scriptis praeferat: tacet, quem res aliqua non tangit, nec tantùm facit verborum. Is etiam qui convicia jacit in suos populares, saepè id unum agit ut novitate quadam commendationis eos sui memores faciat; famosusque ille apud Graecos amicus brevi dolium istud reliquisset, undè opinionum commenta regumque potentiam ridebat, si, eo neque aspecto, neque audito, praeterissent Athenienses. Non is demùm est verè philosophus, qui gloriam fastidit, nedùm qui se fastidire praedicat, verum is qui felicitatem gloria contineri non putat, quanquam ea se dignum praestare nititur. Nemo igitur scribit nisi ut sua scripta legantur, neque scripta legi vult, nisi ut probetur ipse, imò ut multitudini probetur, multitudini, inquam, illi quam ceteroquin, idque non immeritò, nimium faut. qui nihil nimium affectare se profitetur, satisque sibi esse, si paucis placeat, ejus ambitio consolationem aut anxia praecipit, aut delusa deram respicit.

M. Burnouf.

Corrigé

Vera esse non potest eloquentia nisi in iis quorum ingenium exercitatum et mens exulta fuerit. longè discrepat ab illa naturali sermonis facilitate, quae nihil aliud est nisi dos, faultas iis concessa quorum vehementes sunt affectus, mollia organa, et prompta vis ad cogitandum.

fortement au dehors ; et, par une impression purement mécanique, ils transmettent aux autres leur enthousiasme et leurs affections. C'est le corps qui parle au corps; tous les mouvements, tous les signes concourent et servent également. que faut-il pour émouvoir la multitude et l'entraîner ? que faut-il pour ébranler la plupart même des autres hommes et les persuader ? un ton véhément et pathétique, des gestes expressifs et fréquents, des paroles rapides et tonnantes. mais pour le petit nombre de ceux dont la tête est ferme, le goût délicat, et le sens exquis, et qui, comme vous, Messieurs, comptent pour peu le ton, les gestes, et le vain son des mots, il faut des choses, des pensées, des raisons; il faut savoir les présenter, les nuancer, les ordonner ; il ne suffit pas de frapper l'oreille et d'occuper les yeux ; il faut agir sur l'âme, et toucher le cœur en parlant à l'esprit. -

Buffon. discours sur le Style. -

N°. 11.

Thème latin.

pour peu que le sujet soit vaste ou compliqué, il est bien rare qu'on puisse l'embrasser d'un coup d'œil, ou le pénétrer en entier, d'un seul et premier effort de génie ; et il est rare encore qu'après bien des réflexions on en saisisse tous les rapports. on ne peut donc trop s'en occuper ; c'est même le seul moyen d'affermir, d'étendre et d'élever ses pensées : plus on leur donnera de substance et de force par la méditation, plus il sera facile de les réaliser par l'expression.

Ce plan n'est pas encore le Style, mais il en est la base : il le soutient il le dirige, il règle son mouvement, et le soumet à des lois. sans cela, le meilleur écrivain s'égare ; sa plume marche sans guide, et jette à

ejusmodi homines, ut acriter sentiunt, acriter moventur, ità quod sentiunt vehementer exprimunt; et vividos animi sui impetus motusque sic incuti-unt aliis, ut duntaxat corpore corpus afficiatur: ità est profectò; omnes gestus, omnia signa conspirant prosuntque pariter. quid enim opus est ut commoveatur rapiaturque multitudo? quid, ut homines etiam non è multis perculantur plerique et ad credendum inducantur? vocis vehementia et affectus, crebri gestus et significan-tes, verborum sonantium volubilitas. illi verò et quidem pauci, qui solida mente, subtili judicio, exquisitâ intelligentiâ valent, quique ut vos, ornatissimi viri, vocis sonum, gestus, et inanem verborum strepitum parvi aestimant, illi, inquam, res, sententias, argumenta desiderant; illi haec sedè exponi, temperari, ordinari volunt; nec tantummodo percuti aurem capique oculos, sed et affici animum, pectusque, simul ac mentem, moveri.

Goffaux - Mr Vérien pour les trois dernières lignes.

Corrigé

Si fortè vel paulò latior, vel multiplex inciderit materia, per quam rarum est ut illam uno intuitu complectaris, vel uno primoque ingenii conatu totam subeas; rarum etiam ut quamunque perti-neat, multa sint cogitatione, assequaris. nemo igitur potest materiae nimium immorari; imò etiam haud aliter audet sententiis firmitas, amplitudo, majestas: quibus quanto plus suci et roboris meditando addetur, tanto illae facilius eloquendo exprimentur.

hoc ordine nondum quidem facta oratio existit, sed utitur quasi fun-damento; hoc nititur illa et regitur; hinc juxtà modum aliquem movetur

l'aventure des traits irréguliers et des figures discordantes. quelque brillantes que soient les couleurs qu'il emploie, quelques beautés qu'il sème dans les détails, comme l'ensemble choquera, on ne se fera pas assez sentir, l'ouvrage ne sera point construit; et, tout en admirant l'esprit de hauteur, on pourra soupçonner qu'il manque de génie. C'est par cette raison que ceux qui écrivent comme ils parlent, quoiqu'ils parlent très bien, écrivent mal; que ceux qui s'abandonnent au premier feu de leur imagination prennent un ton qu'ils ne peuvent soutenir; que ceux qui craignent de perdre des pensées isolées, fugitives, et qui écrivent en différents temps des morceaux détachés, ne les réunissent jamais sans transitions forcées; qu'en un mot il y a tant d'ouvrages faits de pièces de rapport, et si peu qui soient fondus d'un seul jet.

Le même - ibidem.

Nº. 12. Thème latin.

Rien ne s'oppose plus à la chaleur que le désir de mettre partout des traits saillants; rien n'est plus contraire à la lumière, qui doit faire un corps et se répandre uniformément dans un écrit, que ces étincelles qu'on ne tire que par force en choquant les mots les uns contre les autres, et qui ne nous éblouissent pendant quelques instants que pour nous laisser ensuite dans les ténèbres.....

Rien n'est encore plus opposé à la véritable éloquence que l'emploi de ces pensées fines, et la recherche de ces idées légères, délicées, sans consistance, et qui, comme la feuille du métal battu, ne prennent de l'éclat qu'en perdant de la solidité. aussi plus on mettra de cet esprit mince et brillant dans un écrit, moins il aura de nerf, de lumière, de chaleur et de style, à moins que cet esprit ne soit lui même le fond du sujet, et que l'écrivain n'ait pas

certasque leges accipit, citrà quae vel optimus quisque aberrat scriptor, absente duce vagatur, et abnormia temerè fundit, nec ad unam formam respondentia. quamvis speciosis utatur pigmentis, quamvis ornatus sit in partibus, quia vel non satis concordabunt inter se universa, vel, quo pacto concordent, non satis sentietur, opus non conditum stabit; et lepidum auctorem ità mirabuntur homines, ut fortasse suspicentur eundem carere ingenio. Indè qui eo more scribunt quo loquuntur, ii perperam scribunt, quâmvis optimè loquantur; qui primo fervore ac spiritu rapi se patiuntur, ii sic exordiuntur, ut suis consona principiis persequi nequeant; qui, ne sententiae sibi pereant, solas illas et fugitivas, alias aliis temporibus partes scribunt; ii nunquam nisi duriùs istas copulas ; et, ut paucis expediam, tam multa collatis membris composita opera, tam pauca semel fusa et conflata reperiuntur.

M. Vérien.

Corrigé

Nihil magis impedit quin fervida sit oratio quam si illam omnibus è partibus eminere volueris; nihil est magis contrarium huic quae in unum corpus coacta esse debet et in quolibet scripto similiter ad omnia pertinere, quam sciunt illae illae quae vix solùm et verborum in verba conflictu exudantur, et quae nobis ideò tantum oculorum aciem perstringunt aliquantisper, et nos deindè tenebris circumfusos relinquunt.....

Nec quidquam etiam veræ eloquentiæ magis repugnat quam cautis illis uti sententiis, et excogitata illa consectari levia, soluta, firmitate carentia, quae sint tenui metalli bractea, ullum splendorem accipiant nonnisi multùm ex soliditate detrahatur, (quin

eu d'autre objet que la plaisanterie : alors l'art de dire de petites choses devient peut être plus difficile que l'art d'en dire de grandes.

Rien n'est plus opposé au beau naturel que la peine qu'on se donne pour exprimer des choses ordinaires ou communes d'une maniere singuliere ou pompeuse ; rien ne dégrade plus l'écrivain. loin de l'admirer, on le plaint d'avoir passé tant de temps à faire de nouvelles combinaisons de syllabes pour ne dire que ce que tout le monde dit.

Le même ibidem.

nº 13.

thème latin.

pour bien écrire, il faut donc posséder pleinement son sujet, il faut y réfléchir assez pour voir clairement l'ordre de ses pensées, et en former une suite, une chaîne continue, dont chaque point représente une idée ; et lorsqu'on aura pris la plume, il faudra la conduire successivement sur ce premier trait, sans lui permettre de s'en écarter, sans l'appuyer trop inégalement, sans lui donner d'autre mouvement que celui qui sera déterminé par les espaces qu'elle doit parcourir. C'est en cela que consiste la sévérité du style ; c'est aussi ce qui en fera l'unité, et ce qui en réglera la rapidité, et cela seul aussi suffira pour le rendre précis et simple, égal et clair, vif et suivi. à cette premiere regle dictée par le génie, si l'on joint de la délicatesse et du goût, du scrupule sur le choix des expressions, de l'attention à ne nommer les choses que par les termes les plus généraux ; le style aura de la noblesse. Si l'on y joint encore de la défiance pour son premier mouvement, du mépris pour tout ce qui n'est que brillant, et une répugnance constante pour l'équivoque et la plaisanterie, le style aura de la gravité, il aura même de la majesté. Enfin, si l'on écrit comme l'on pense, si l'on est convaincu de ce que l'on veut persuader, cette bonne foi avec soi-même, qui fait la bienséance pour les autres, et la

inusitatae et communes insolitis grandibus ve verbis enuntientur, nihil scriptorem magis deprimit. Adeò non illud miratur ut contrà ejus vicem doleamus, quod tantum temporis in syllabis novo ordine disponendis traxerit ? ut ea tantummodò quae nemo non dicat. . . . . .

pour bien écrire

Ut benè scribamus omninò est animo tenenda rei tractandae materies et ità meditanda ut conspicua cernatur ordo sententiarum, et illae serie quadam continuâ connectantur, cujus unaquaeque pars cogitatum quoddam exhibeat, sumptusque semel calamus, si erit ducendus ut per vices huic insistat lineamento à quo aberres aberrare ipsi non licebit, neque inaequalius illi incumbat, nec aliter moveatur nisi quatenus feret spatium percurrendum. In hoc posita est orationis severitas; sic quoque genus scribendi genus ejusque celeritas temperabitur: quod etenim solum satis erit ut illud sit

aequale et perspicuum, acer et sibi constans.

Ad primam hanc normam quàm nobis indicat egregia vis ingenii, si accesserit judicii subtilitas et acumen, religiosus verborum delectus, cura res vocabulis maximè generalibus nominandi, magnifica erit oratio. Si praeterea primis nostris motibus diffidemus, si quidquid solo fuco eminet spernamur, ambiguasque voces et jocos, orationem dignitas imò majestas commendabit. . . . . .

Goffaux

par un grande finesse de discernement — — n° 2.

[illegible] judicii acumine, jejunas à facundis discernemus, eò sagacitate quam parit magna scribendi consuetudo, praesentiemus quid ex omnibus illis mentis operibus sit nasciturum. Si vel minimum pateat, aut multiplex sit materies, raro admodùm illam uno oculorum conjectu completi, aut uno et primo ingenii conatu totam penitus introspicere possumus; raro etiam licet multùm meditati quidquid ad eam pertinet, percipiemus. in iis ergò rebus plus quam satis est versari non possumus; quin imò sic solummodò sententias stabilire, amplificare, et ad grandia erigere poterimus. quò majorem ipsis succum et vim meditando concedemus, eò facilius erit deindè eas verbis expromere.

Goffaux

et simul soliditatis nonnihil amittant.). itaque quò magis tenui illo splendidoque ingenio conditetur scriptum, eò minùs erit nervorum, lucis, impetûs, et in dicendo elegantiae, nisi hoc ipso ingenio vitatur operis materies, nec aliud quidquam sibi proposuerit scriptor quam jocum, tùm parva dicendi ars arte magna dicendi fit fortassè difficilior.....

Nihil pulchrae loquendi secundum naturam rationi magis est adversum quam si multâ operâ fueris inniteus, ut insolitae et communes insolitis grandibus-ve verbis enuntientur, nihil scriptorem magis deprimit. adeò non illud miratur ut contrà ejus vicem doleamus, quod tantum temporis in syllabis novo ordine disponendis traxerit, ut ea tantummodo quae nemo non dicat. ——————————— Mr. Goffaux.

